



BOSC

55





La traduct. française de  
ce livre a été fauthée sous ce  
titre: Histoire de G. Bosquet  
sur les troubles advenus en la Ville  
de Toulouse l'an 1361 etc.  
Tolose, Colombez 1563



17  
18  
19

251 Rsp Pf XVI-41

# HVGONE ORVM

## HÆRETICORVM TO- LOSAE CONIVRATORVM

PROFLIGATIO.

A Georgio Bosqueto Iurisconsulto Tolosano, in Se-  
natu Aduocato memoriae prodita.

Veritas aliam parit  
et omnia. Logice Ad ac  
~~1563~~ 1630

NON EST CONSILIVM

CONTRA DOMINVM.

PRO. XXI.

TOLOSAE.

Ex officina Iacobi Colomerij  
Academie Typographi.

1563.



ИУГОЧА

НЕРЕТИКОЛУМ ТО

ЛОГИЕ СОНИАВДОГАУ

ФОЛЛІГАТІО

Годівля відмінна  
Софія Толстая  
зі своїми дітьми

МОІ ЕСТООНСІЛІАМ

СОДИМОДНІСТІ

ЛХ. РО

ІКВОЛОТ

Івана Григоровича  
Семенова

1821



# Inclyto Principi CAROLO IX.

CHRISTIANISSIMO FRAN-  
CORVM REGI

Georgius Bosquetus Tolosas,

AD PEDES.



O N opinor, Rex Christianissime, ex  
oblatis nouo Regi Iudeorum nato  
CHRISTO à Regibus auro,  
myrrha, thure, magis illi aurū quam  
cetera placuisse, qui postea vir fa-  
etus regnum Dei suumq; prædicens ( quod ex hoc  
mundo non erat ) nec habens ubi reclinaret caput,  
pauperculam viduam plus minuto ære intulisse tē-  
plo, quam diuites magnis suis muneribus iudicauit.  
Inter duodecim quoque Romanarum tabularum  
leges illa fuit, à Licurgo profecta, Diuos adeunto, o-  
pes remouento: ut minutis & vilibus tantum re-  
bus sacrificaretur, ne quisquam paupertatis prætex-

\* ij tu

2000 6. Roman

tu se eximeret à diuino cultu . Eleganter sanè illud  
Poeta ,

Dicite Pontifices , in templo quid facit aurum ?  
Quin damus superis de magna quod dare lance  
Non poscit magni Messalæ lippa propago ,  
Compositum ius , fasq ; animi , sanctosq ; recessus  
Mentis & incoëtum generoso peëtus honesto .

Nec tamen idcirco filij perditionis sceleratū probamus dolorem querentis , Ut quid perditio hæc , pauperes suæ auaritiae prætendens , quorum minima illi cura erat , quæ etiam nunc est nostrorum hæreticorū hypocrisis . Omnia enim in sapientia fecit Deus , cuncta disponit suauiter : dedit dñitibus magnum , dedit pauperibus paruum , quod offerant , & sacrificet , neminem volens in conspectu suo apparere vacuū . quanquam non parum est apud illum vel nudus bonus animus , sine quo etiam magnum donum nihil ipsi est , cor hominis maximè respicienti . Te C A R O L E nouum Gallorum Regem , & orientem à flebili immaturoq ; patris fratriq ; occasu solē quis tuorum cum quantulocunque possit munere adorare quam cupidissimè non studeat , illorum & Francisci aui clarissimorum Regum maiestatem , virtutem ,

tem, religionem amplexum? quas præte fers tantas  
ut nemo dubitet te inter eos heroas diuosq; in cælo  
aliquando referendum: ubi reposita regibus æterna  
iustitiae corona, quam hic terrenā gestantes inter hu-  
mines exercuerit pro potestate & dignitate sua plus  
quam humana, diuinæq; participe. Etenim cum ex  
una omnes materia ducti sumus, ut essemus wa-  
sa in honorem Deo: singendis Regibus, quod veteres  
Græci senserunt, cælestis ille figulus & ipsa rerū pa-  
rens natura propriam quandam proplasticen sepo-  
suisse videntur, ex qua præstantissima & splendi-  
diori cæteris mente atque forma in publicum prodi-  
rent ad cæteros mortales regendos. Decuit sane, ut  
Deus non piscem piscibus, non avibus auem, non pe-  
cudem pecoribus sed omnibus animantibus hominē,  
& excellentiorem inferiori naturam præfecit: ita ho-  
mini (qua difficilior nulla est possessio, ut ait Plato)  
diuinioris ingenij, sanctioris, altiorisq; mentis hominē  
præficere, qui Rex appellatur. Quid enim illud quod  
Deus Mosi dixit? qui cum apud eum quereretur,  
Cur imposuisti onus uniuersi populi huius super me?  
huic septuaginta senioribus coadiutoribus datis, Au-  
feram, inquit, de spiritu tuo, tradamq; eis ut susten-

tent tecū onus populi, & non tu solus graueris. Quid  
hoc, Auferam de spiritu tuo, & tradam eis? an in-  
digens erat Deus spirituum? an totum quod habe-  
bat, spiritus, Moysi dederat, ut tanquam necesse ha-  
beret præcidere de spiritu Mosis, dandum senioribus  
ad populum moderandum? Quid rursus Mosi ob-  
futurus erat, illis ve, si sibi integer suus mansisset spi-  
ritus? an ve ad mensuram dat Deus spiritum? Ne  
gare hoc videtur disertè apud Iohannem magnus  
alius Iohannes. Contrà scribens ad Ephesios Pau-  
lus, Vnicuique nostrum data est gratia secundum  
mensuram donationis C H R I S T I, & alibi sæ-  
pè. Sed sine mensura accipere spiritum oportuit, qui  
ad mensuram alijs daturus erat, diuidens singulis  
pro ut vult, de cuius plenitudine omnes accipimus.  
De C H R I S T O enim loquebatur Iohannes,  
Quem misit, inquit, Deus, verba Dei loquitur, non  
enim ad mensuram dat Deus spiritum: pater diligit  
filium, & omnia dedit in manu eius. Deum igitur  
qui ad mensuram dat spiritum hominibus, quis du-  
bitabit cumulatiorem Regibus ad subditos dirigen-  
dos tribuere sapientiae suiq; spiritus mensurā? quam  
longa oratione petiit ab eo Salomon ad populum  
suum

suum regendum: quæ illi tanta data est, ut etiā  
à finibus terræ concurreretur ad eam audierat: qui  
tamen ad priuatam vicæ rationem parum tandem  
sibi sapiens fuit. Nec temere quidam arbitrati sunt  
ceteris hominibus singulos angelos tutores dari, at  
Regibus præsertim Christianis, nec tisq; duos, & ex  
his unum ex superioribus ac dignioribus ordinibus  
angelorum, ad regna sibi credita sapienter. fœliciterq;  
administranda. An non hic videmus, quātum de  
onere regendi populi sui Mōsi detraxit Deus, tātum  
de eius spiritu applicuisse ijs quibus onus partieba-  
tur? Magno Dei spiritu cæliq; afflatu ad manu du-  
cendum etiam non ita duræ ut Mōsis erat, ceruicis  
populum opus est Regi. Qui homo homines ad om-  
nem nimis libertatem erectos quomodo erga se in of-  
ficio continebit, nisi eos in fide numinis, religione, pie-  
tate contineat? an hi semel infideles Deo facti, non  
facile abs se humano & mortali Principe deficien?  
an sanctiore Regi suo, quam Deo se adegere sacra-  
mento? Cor Regis in manu Dei est, & quocunque  
volet, flectet illud: at & in manu Dei cor subdito-  
rum, qui sapè velut conniuente Deo tales se exhibet  
Principi, qualem is se exhibet Deo. Magnam vim

\* iij ad-

ad fert animis hominum Principis qualiscunque religio, siue vera, siue falsa, etiam simulata, & non ex animo proficisciens, & ad retinēdam dignitatem suam, & ad religionem ipsam conseruādam. Testes sunt, & exempla, Romanae author Pompilius, Turcicae Mahometes. Magna Galliae laus, quod hæresum monstrat & que ad hæc tempora non aluerat, quod religioni pietatiq; supra quamulla alia natione tenacissimè addicta eundem fidei tenorem perpetuò seruauit. At unde maximè ei tantum bonum post Deum, nisi per Reges suos, qui constantissimè semper Christi Ecclesięq; fidem & ipsi religiosissimè coluerunt, & potentissimè aduersus quoscunque hostes ipsius tutati sunt maiestatem domi, forisq;, unde dignissimum Christianissimi nomen retulerunt. Hostis vero quis insolentior, quis tetrior, quis formidabilior populo Dei obstinato hæretico? qui ut vinci possit, quemadmodum D. ait Chrysostomus, placari tamen non potest: adeo eorum qui oderunt Deū, quam labijs honorent, superbia ascendit semper. Habet certè Francia tot grauißima, tam multis omnium seculorum testata historijs vetera & noua, ex tera & domestica exempla perniciōsissimæ hæreti-

corum peruvicaciae, audaciae, crudelitatis, quae nos eacos admonere debebant, ut nunc quoque ab eis caueremus: tam multis praesertim iam diu iactis ab illicis fundamentis perditionis huius regni, quae non ita latuere, ut nihil non perpetuo superstruerent, quo in summum aliquando euasuri possent facile perspici. Erupere tandem tanta vi, quantā ab externo barbaroq; hoste excipere possemus. At non demisisti Rex Christianissime animum, quiq; tibi cum illustrissima Regina matre à consilijs assident regni proceres: nec sine causa, ut Pauli verbis utar, te portare gladium ostendisti, quem in vagina reconditum nimia tenuerat clementia in homines ea maxime indignos et inimicos Dei. Qui an non et hodie sicut olim, loquitur in scripturis suis? Quia dimisisti, inquit, virū dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo illius. Saul quoque, quod Agag Regi qui viuus in potestatem eius venerat, pepercisset, a se abiecit, ne amplius regnaret in Israel. Quid ita Domine? Damnavisti seruum nequam, qui conserui sui noluit misereri, cum tu misericordia fuisses ipsius. Si ergo Reges Regibus pepercerunt, nonne & tu illis parcere debuisti? qui licet iussisse de

le-

spurc

lere uniuersum Amalech, & omnem Syriae mul-  
titudinem in ore gladij, an non tamen Regum per-  
sonam excepisse videri debebas, omni iure getium?  
certe ut eos viuos captos in triumphum Imperato-  
res tui ducerent ad gloriam tuam. Benè, inquit M.  
Tullius, maiores nostri hoc comparauerunt, ut ne-  
minem Regem quem armis cepissent, vita priua-  
rēt. Iniquum enim visum est, quam nobis faculta-  
tem fortuna dedisset, in eorum supplicio consumere,  
quos eadem fortuna paulò ante in amplissimo statu  
collocarat. Solent Regum afflictæ fortunæ secum om-  
nes trahere ad misericordiam. Sed tamen melior est  
obedientia quam misericordia contra vocem Dei,  
cuius offensa maiestas ita humanae relinquitur ul-  
ciscēda ut etiam de suæ naturæ mansuetudine, qua  
sanctè priuatas disimulaturus est iniurias, sit in hac  
Principi parte decadendum. Quæ virtus an in a-  
lio siue Rege, siue priuato, insignior, quam Davide?  
quam non humano arrogantiæ ve spiritu (ut quem  
testatur Deus inuenisse se honinem secundum cor  
suum) tanquam Deo iactat, omnis eius ut memi-  
nerit mansuetudinis illum orans, qui furentem in se  
et mulum Regem in sua potestate habens, cum ei pe-  
per-

percisset, hic tamen nullos suos præter eos quos dixi,  
Dei inimicos reputans, horū pio flagrans odio, Per-  
sequar, inquit, inimicos meos, & cōprehendam illos,  
& non conuertar, donec deficiant. Et quidem cūm  
omnis & totus ad Religionem natus sit homo, cūm  
omnis homo ad imaginem & similitudinem Dei  
factus sit, quam fide & charitate tueri, & imma-  
culatam creatori nostro conseruare primo Baptismi  
sacramento profitemur: cum denique de omnibus in  
universum adoptionis filij scriptum sit, Ego dixi,  
Dij estis, & filij excelsi omnes: ipse certè Princeps tā  
quam aliquid ceteris diuinius, ac velut alterū post  
se numen à Deo Opt. Max. datū hominibus, nul-  
lum tam excellenti natura sua ac maiestate dignius  
nomē optare potest, quam ut arx Religionis & sit,  
& dicatur, unde reliqua fidei præsidia petantur.  
Nihil est, ut ad Iustinianum Ioānes ait Pontifex,  
quod clariori lumine præfulgeat, quam recta fides  
in Principe: nihil quod ita nequeat occasui subiacere,  
quam vera religio. Nam cūm authorem lumi-  
nis veraq; respiciant, recte & tenebras respuunt, &  
nesciunt subiacere defectui. Perierant Francorum  
regni initia, perpetuoq; iacuisse in tenebris, nisi mox

ij eius  
edibus reprobatur

eis affulsiſſet C H R I S T I fides. sed sanctificatus  
fuit vir infidelis per mulierem fidelicem, & inter in-  
fidelitatis spinas Lilium ortum est. quod usq; eo opi-  
bus cum religione creuit, tantam eius virtus fortu-  
nam complexa est, tam benevolē ab eo semper nu-  
men stetit, ut regnorum omnium quibus C H R I-  
S T I fides illuxit, & Christianissimū singulari me-  
rito dicatur, & quæ unquam sub cælo fuerunt, ma-  
ximum, & nobilissimum appellari possit. An enim  
plantas tantum C H R I S T V S spectabat, an  
non iam tum futuram Francorum ex suscipienda  
ab ijs fide sua excellentem prouidebat, & præcine-  
bat gloriam, dum lilia agri tanta laude extulit, ut  
omnem Salomonis gloriam superare in euangelio  
Matthæi, Lucaeque testetur? Ecce plus quam Salo-  
mon hic, qui loquitur, in quo, & per quem Franci re-  
gnant, & ipse regnat in eis. Septingentis uxoribus,  
& trecentis concubinis addictus Salomon, & ad i-  
dola usq; declinans, usq; eō suam obscurauit gloriā,  
ut ubi eius agat anima, vix ullus mortalium au-  
deat aperte profiteri. Multa regna infamia fecit, a-  
lia Regum suorum tyrannis, alia hæresis, alia alia la-  
bes, maculaeque insigneſ: multorum maiestatē minuit

se-

sexus cui etiam deferuntur, muliebris: eunuchos non  
nulli Principatus passi sunt. Nihil humile in Fran-  
corum regno, ac Regibus, nihil unquam portento-  
sum, nihil impium, nihil crudele, heroica omnia, &  
penè diuina à suscepta C H R I S T I fide. ut vel  
unicam Childerici socordiam tanti regni maiestate  
indignam Zacharias Pontifex iudicauerit, ut non  
solum solis viris sed etiam verè tantum viris con-  
uenientem. Quòd si paucos ex cōmuni humanae mor-  
talisque naturae morbo Reges leuia aliqua inuaserunt  
vitia, nullus certè unquam à Christiana reperie-  
tur pietate defecisse, propriaque Frācorum Regum &  
perpetua laus videtur esse Religio. Cum qua regni  
tui Christianissime & inclyte Princeps C A R O-  
L E, initia quo altiori consilio inscrutabilis Dei sa-  
pientia tuorum hæresi periclitari passa sit, si coniecta-  
re hominibus liceat, quid tandem probabilius adfer-  
re possumus, quam dare tibi voluisse Opt. Max.  
Deum nouam segetem gloriae, qua maiores tuos vel  
æques, vel superes, frangendis tot initis, tam sce-  
leratis contra ipsius Dei & tuam maiestatem con-  
silijs? Quibus ad extremum exequendis quantū mo-  
menti hosti erat allatura redacta in eius potestatem


¶ ij Tolo-

Tolosa, intelligis & tu, & ille sua spe falsus, non pa-  
rum de spiritibus remittens, haud disimulanter cu-  
lit. Quam singulari Dei munere seruatā, & in tua  
retentā fide qua latitia tua acceperint aures cum pri-  
dentiissima Regina matre tua, totaq; aula, declarasti  
non obscure, tantaq; gratulatione, ut & eam bene-  
ficij loco reponat tua recepta maiestati Tolosa, & qui  
bus tum Senatus, tum bonorum ciuium fuerit defen-  
sa studijs, omnino te cognoscere velle palam sis pro-  
fessus, ut hoc ad nos retulit clarissimus Aduocatus  
tuus Bertrādus Daqueus. Quod, præstatiſime Rex,  
an quisquam niſi scripto tibi præstare, aut certè com-  
modius potest? In eam rem igitur cum ipse amicorū  
hortatu ferè ab seditionis initio, cum animi, tum po-  
steritatis gratia per otium à foro laborasse, quod  
abundantius quam vellemus omnes, nobis præbuit  
hostis, audirem q; cessatum à multis, quos eandem na-  
uare operam cæpisse fama erat: diu anceps apud me  
fui, dari ne temeritati, criminī ve mihi posset, si tan-  
tillum opus & Hugonomastigem Tolosam tuae am-  
plissimæ maiestati nuncupare auderem. sed addu-  
ctus tandem in spem & fiduciam benignissimi ge-  
nij tui, & illud mecum cogitavi, Num tuus sum, &

floridore ap. L. 1. 1. 1.

si

si quid in me est ingenij, disciplinæ reue, non id totum  
à Deo in tuo mihi obtigit regno, in quo natus vivos  
Ex mei itaq; ingenij fructibus si quid tibi Rex Chri-  
stianissime, supplex offero, nihil pendo minus debitū,  
quam ex agello meo solitum velet gal. qui si bona  
mea omnia tecum portarem, ab omnibus tamen pecu-  
niæ tributo non immunis, a symbolo te esse debe-  
rem in tua agens ditione. Denique, da obsecro, Rex  
Christianissime, veniam, si multorū & magnorū,  
qui à me taciti, proditi sibi videbuntur, potentiam,  
inuidiamq; horrens, maiorem omnibus, ipsorumq; do-  
minum ac meum pro asylo quæsui, in sinumq; con-  
fugi sacræ maiestatis tuae. Qui ut perpetua salus &  
gloria regni tuis sis, utq; eo diutissimè & fæliciter per  
fruaris, Regem ore Regum C H R I S T V M.  
T O L O S A E tuae, Cal. Januarij, Anno redem-  
ptionis nostræ M. D. LXIII.



# GEORGII BOSQVETI

IURISCONSULTI TOLOSANI

*In Senatu Aduocati.*

HVGONEORVM HÆRETICORVM

*Tolosæ coniuratorum profligatio.*

## SVMMA REI.



ELLVM scribo ciuilē in oculis  
nostris intra vrbis mœnia pro-  
pter Religionē à catholicis vir-  
tute diuina potius quam huma-  
na cōfessū, ab hæreticis impiè  
plénōq; mali animo vt omnia, suscepsum.  
Magni dico mali, & totum spectantis Chri-  
stianissimum regnum, quod orthodoxe fidei  
merito per quinquaginta supra mille annos  
ad amplissimam supra totum orbem maie-  
statem euectum, & omnium supremum bo-  
norum elatum gradum portentosa hæresum

A lues

## HVGONE ORVM TOLOSAN.

Iues subita tempestate vnóque propè mo-  
mento cuertere nisa est. Aluit, fouitq; hæc  
monstra(imò etiam peperit) ambitio, auari-  
tiáque, dirum vel singulæ mortalibus exitiū,  
quæ clam scelerata inita consilia, per Religi-  
onis speciem in apertum tādem protulerūt;  
& magno perniciosissimōq; conatu sunt exe-  
quutæ. Id verò iam in omni parte regni, sed  
nullibi fortassè horribilius detestabiliusque,  
quam Tolosæ, quæ vt deditissima Religioni  
vrbis, ita insueta bello, grauius indigni<sup>s</sup>q; hæc  
impiorū hominum temeritatem tulit. Actū  
enim erat, heu, inquam actum, nisi celeriter  
ei suum numen adfuisset, non de optimorū  
fortunis ciuium, aut libertate, quam penè cū  
vicinis multis amiseramus ciuitatibus no-  
stræ Senatus ditionis, sed de iucundissima  
vniuersis animantibus vitâ, & de sacris, Re-  
ligioneq;, sine quibus homo non homo, sed  
planè brutum. Nunquā formidabilius à con-  
dita Romæ trepidatum est, quam capita vñq;  
ad Capitolium à nostris vībe. Quātus igitur  
Dij immortales, Tolosanos terror inuasit,  
dum

ambitio  
et auaritia  
gaz. et  
aluit et  
fouit

Si non facili  
et Religionem  
Gom. & gō  
sed plan  
brutum.

dum primūm omnium captum audiunt suū  
 Capitoliū? Captum? A quibus? Proh dolor  
 ab eisdem nostris, & non nostris. Ex nobis  
 enim ut D. ait Ioannes, prodierunt, sed non  
 erant ex nobis: nam si ex nobis fuissent, per-  
 mansissent utique ne nobiscum non solum cor-  
 pore, sed etiam animis ac spiritu. A quibus  
 captum? qui? vnde? qua ex murorum parte?  
 Tam' ne vino sepultis, tam' ne altè dormien-  
 tibus custodibus? Imò verò à custodibus ip-  
 sis, ab ipsis, ab ipsis Cōfulibus, ab nostris Ca-  
 pitolinis, ab ipsis populi patribus & simul  
 hostibus. Quorum huius infœlicis anni etsi  
 nōnulli natura sua, praua've consuetudine  
 ebrij, omnes tamen (quod de Cæsare dixit  
 Cato Uticensis) sobrij ac taciti ad euertendā  
 suam rem publicam accesserunt, antè iactis  
 ab nihilo melioribus sui Consulatus autho-  
 ribus huius prodigionis fundamentis, tam  
 nefario crudelique consilio, tanta mentis cæ-  
 citate, tot, tantisq; agitati hæresis furijs, vt  
 aut semet ultrò, aut creditos sibi ciues inter-  
 nociōe delēdos tradiderint, tractis (tractiq;)

A ij

in

HUGANEORVM TOLOSAN.

in suā factionem multis, & priuatis, & magistratibus ex omni ordine, adeo sub omni lapide iacuit scorpius. Perforarunt insanissimi & ingratissimi homines, alij aliās, nec semel quidam, alij noui nūc tanto à tam nobili populo honore ~~et~~, ~~et~~ in qua vchebantur, cuius gubernacula in puppis edētes agebant, è qua meritò soli ipsi cum suis periere. Qui cum seipsoſ ſuæ dignitatis, fidei, patriæq; charitatis obliiti, tēterrīmo factō, & ſupra omnē detestando hominum memoriam eterna cōmacularint infamia, & tam multis ſimul immanibusq; damañarint criminibus, Maiestatis, diuinæ, humanæ, parricidij, sacrilegiorum, & quo nō ſe obſtrinxerunt ſcelere? par quoque fuerit, qui per gloriam quod poterant, viuere noluerunt, in perpetuum dedecus eorum nomen litteris, ſtyloque mandare. Neq; ex eo quod Tolosanus ſim, ſuceptam histrię fidem meam habeo, cui & tot qui mecum omnia viderunt, oculi, & iudicialium actorum, & æterna aſſistet veritas: ex eo've quod in eorum in quos ſcribo, Hugoneorū,

Hu-

## PROFLIGATIO.

Huguēnaldorum ve obscuræ originis nomi-  
ne hæsitare uidear, quos fortasse rectius tan-  
dem cum rusticorum vulgo Huga-  
neones, hoc est, ridiculos  
infestosque Epi-  
cureos ap-  
pellem.

A iij



E C E P I T animos, altiusque  
quam antea caput extulit iam  
ab Henrici magni, at magis po-  
stea à Francisci filij Christianif-  
simorum regum morte, ab ijsdē

*scribimus  
magnum  
et Jean  
yoy filii  
fuis,  
Kam  
bia et  
dubius  
profuga  
tore*  
Principibus depressa Huganeonica hæretico-  
rum factio. Sic omnia fatis.

*In peius ruere, ac retro sublapsa referri,  
Non aliter quam qui aduerso vix flumine lembū  
Remigüs subigit, si brachia forte remisit,  
Atq; illum in præceps prauo rapit alueus amne.*

*Obtestatus enim grauissimè pater sanctissimo & solenni promulgato in eos edicto  
annī supra millesimum quingentesimi quin-  
quagesimi primi, quam nihil præclaræ me-  
moriæ regis Francisci patris erga obstinatū  
1551. iuxta ac perniciosum id genus hominum du-  
rissimis legum poenis subigendum remissio  
clementiaq; profuisset, non ita post ipse ad  
eundem falsæ misericordiæ lapidem offen-  
dens, ac lenitate perditas oues præsertim no-  
biliores ad ouile frustrà reuocare conatus,  
cum nullam propè suæ ditionis partem non*

labe-

Iabefactatam hæresi videret, nullum hinc for-  
tasse tamen, aut certè non tam tetrum quod  
iunct patimur, sibi filijs' ve metuēs civile bel-  
lum, sed solā respiciens gloriam C H R I S T I  
tandem multis fessus clarissimè gestis exten-  
nis bellis, ad restituendam cōfirmandam q;  
religionem omnes vires admouit. Cæterum  
se ad tam sancta consilia recipientem iam q;  
exequentem p̄ propera nobis illum rapue-  
re fata, tali ac tanto principe indignis, atque  
quod grauius, eodem ferè tumulo incluferūt  
eandem spirantem filium pietatem . Ab hu-  
iis igitur tam lachrymabili quam patris obi-  
tu secūdiorem nocti auram, submittenteque  
illis fasces iustitiæ maiestate, redere sensim  
Huganeones hæretici pseudevangelicis cō-  
cionibus, dolis, artmis in suam potestate mul-  
tas huius regni vrbes, solo propè Regis no-  
mine Carolo. IX. vero Franciæ monarchę &  
inaugurato seruato quod & tandem ipsum  
in alios cū regno transferre, aut potius om-  
nino utrumque delere voluerunt, ad tyran-  
nidem, latrocinia ve sp̄ciantantes. Ex ius-

# HVGONORVM TOLOSAN.

à Senatu Tolosano potentibus (longius dissimilis  
 alijs scribenda relinquo, qui nec de finiti-  
 mis nisi hæc pauca quæ subijciam ornandi  
 operis gratia, habeo comperta, deficientibus  
 commentarijs) occupatæ in primis, Montal-  
 banum, vetus hæresis domicilium, tum pra-  
 uo virbis genio, innatâque superbia, tum mul-  
 torum ac maximè Ioannis Lectensis quon-  
 dam Episcopi sui scelere, qui stupris & libidi-  
 nibus infamis, illarum vindicem Senatum re-  
 formidans, insimulato hæresecos eius ordinis  
 principe. I. Mansencallo ob Senatus consul-  
 tum in fornicarios clericos factum & apolo-  
 geticos ab illo æditos libellos, ipse tandem  
 post compilatum per multos annos Episco-  
 patum, pastoris dignitate proiecta, è noua à  
 se fundata aut stabilita Geneua veterem con-  
 cessit, magno reliquo successori suo negotio  
 cum regijs eam adhuc obsidentibus copijs  
 perditissimam & deploratam ciuitatem reci-  
 piendi in suam & Regis fidē. Ea sibi inuisum  
 ob Religionis constantiam ordinarium suū  
 Iudicem Anthonium à Manso virum bonū

apologetis contra &  
 Jeanus mansencallo ipsius apolo-  
 getis & ea deinde consilia  
 constitutis ciuitatis capiis auctoribus

## PROFLIGATIO

75  
ordinatio  
montalensis

& testantibus ipsius scriptis doctum expulit  
 propè oībus spoliatum fortunis, in quā Tolosæ cum uxore & liberis exulans iam grauis  
 annis carmine latino lusit, ædito etiam tra-  
 statu De varietate pœnarum, parans com-  
 mentarios ad L.Iul.maiest. Qui hunc exerce-  
 re Pauletus, Barsacuſ, Pegorerius, Portus,  
 Bonencontrius togati, Vignalis, Minister  
 Amelius Commentariensis, Laneus merca-  
 tor, nouæ religionis factionisque capita, Se-  
 natus iudicio, quando apprendi non potue-  
 re, personatas pœnas luerunt, idolis è fixa al-  
 tè Tolosæ in Salino rota laqueo suspensis.  
 Horret capillus audire, scribereque imma-  
 nia & plusquam barbara facta ei⁹ in profun-  
 dorum malorum delapsæ, & sunilium vrbis:  
 euisceratum viuum sacrificum extāque fo-  
 ro venali⁹ appensa: alterum eò ab altari à  
 Bressoliorum oppido raptum cum sacris ve-  
 stibus & viuifico sacramento, Asino imposi-  
 tum auersa in caudam facie, eo habitu tota  
 traductum vrbe vapulantem: conculcatam  
 Eucharistiam: iactatas à Tachardo & alijs mi-

B  
 nistris, agitato  
 mortuorum, i⁹ concaginib⁹ fusi  
 podas levant. End. Longioris ero  
 ritatis orationes, part⁹ aperte facit

## HVGONEORVM TOLOSAN.

nistris, angelis sathanæ per ludibrium auda-  
ces in Franciscum & Carolum Reges publi-  
cè è cōcionibus voces: fugatos, deiectos, exu-  
tos omnes ecclesiasticos ordines: direptio-  
nes profanationesque tēplorum, sacratarum  
virginum sacrilega stupra: catholicorum af-  
flictionem vincula, verbera, cędes: contem-  
ptam iustitiae maiestatē: omnia sursum deor-  
um sum versā. Agatopolis & Ruthenensis Ville  
francæ Montalbani impietatem facile cum  
Castrenibus sequutæ, nunc receptæ, gliscen-  
tem hæresim dum Costanus illic Iudex ma-  
ior, hic priuudex nunc Senator Ambecius le-  
gibus cohident, abdicare se magistratu ab he-  
reticis coguntur. Ambecij frater, fratris offi-  
cio fungens magnis difficultatibus morti se  
exemit: à quo periculo nemo tandem usquam  
regni absuit quicunque seu priuatus seu ma-  
gistratus paulò acriùs tueri pietatē conatus  
est. Huius diœcesis caput Ruthena integra  
mansit amplissimi Cardinalis Georgij Ar-  
meniaci Episcopi sui, nūc Archiepiscopi To-  
losani Regis hic Legati diligentia & ciuum  
bonitate

in fid. d. 6  
Catholico, R. b.  
Sancitibus

PROFLIGATIO

6

bonitate. Albiam quoque suam ad hunc diē Cardina  
A. gtoe incolumen seruauit magna prudentia nec mi- gus armi nori belli sumptu Strocius Cardinalis. E cu- niacu t. ius tamen prouincia ad dicecessis fines in sede Rut. S. G. re Hugoneones Rapistanum regium oppi- dium Tolosa dum decem à Tolosa miliaribus, annum feré Parus, & t. pulsis Franciscanis ac quibusdam cæsis, expi- z. gis lega latisq; templis, factionis primario duce Frā- fus, Dile cisco Lhermio qui ob insignes opes à patre g. f. tia relietas vulgò hæres appellatus est, ad quin- numma quaginta supráue aureorum millia possidēs. Rut. Euay, Hunc Bertrandus Daqueus clarissimus Re- albianus gis Tolosæ in Senatu Aduocat & ipse quo- gen. J. lau que Rapistani diues, pro sua in illum chari- J. uolumen tate, authoritateq; sepè monuerat, videret supradictus quid cum tam multis quos alebat, hæreticis Op. Bar. & Z. in Religionem, quid in Principem quid in provincias proprium moliretur caput & tam amplas Rapistax quas à maioribus acceperat, fortunas. Èa igi Op. dux tur cum transiret quidam Guilloti canonici Op. g. g. Albiensis pedarius seruus Cyrossentius Op. solatio Moyssaco ad dominum rediens cum multis Op. pli Abbatis Bello loci ad Cardinalem Guisanū Sub. f. s. e.

B ij

litteris

*cifro* *Hermio* **HVGONEORVM TOLOSAN.**  
litteris à Guilloto reddendis, eò loci nōnul-  
lob forbi los commentarios à Sala subiudice accipit si  
nas a quac*o* mul in aulam mittendos, Daqueo ibi tum a-  
litat*as* *gente*. Id ut rescivit Lermius, per nouæ reli-  
app*llato* gionis diaconum, nomine Cantorem, ac Bar  
*geminus* tholomæum & Ioannem Lhermios suæ ne-  
*maria* quitiæ administros interceptum famulum  
*potesta* rogat num quid præterea literarum manda-  
t*facti* *ti* ve ei Sala ad Daqueum dedisset, negante,  
gr*erunt* *eruendam* ab eo tormentis veritatem decer-  
gu*it* *nit*, eo primùm in cellam vinariam mane de-  
sunt *fru* *truso*: hinc sub vesperum adhuc bene ieiu-  
al*litionis* *hium* eductum nudumque ad focum scam-  
rapp*ay* no illigant, & vociferanti inflammatum lar-  
fuit *dum* è carenti pala ter per duas horas toro  
*infla* *corpo* instillant, deinde in cellam remissum  
*mato* *laz* *paulò* post ad cœnam vocant, qua præ do-  
*raude* *gala* *lore* reiecta in lecto repositum vnguentis illi-  
*stabilit* *gutti* *nunt*, postridiè sic habitum reddunt itineri.  
*totuy* qui perlatus ut potuit ad dominum in phre-  
*giffillant* nēsim actus perpetuò se feruere clamitabat,  
*fuit* *tre* *septem* & quadringētis guttis ignis stellat<sup>o</sup> à  
*Chirurgis* report<sup>o</sup>. Tutat<sup>o</sup> est strenue aduers<sup>o</sup>  
*Atomas* atq*ue* *de* *drum* *tanto* *af* *ro* *supplio*  
*vnguentis* *ill* *agent*, *for* *Gab* *re* *ddur* *tri*  
*trun* *ny*, *De* *Jeanam* *foctis* *Domini* *relaturu* *z*  
*A.* *Cap.* *4.*

## PROFLIGATIO.

Hector Hoffmeyer

*Erys Colletans* P

truculentam luporum rabiem ouile suum vi  
gilantissimus & nobilissimus pastor Hector  
Dossunus Episcopus Coseranus, etiā armis  
sancte manum admouēs, & copiarum suarū  
ipse ductor. Narbo, Carcassō, Cadurci, Moys  
facum, Castrum Arrij in C H R I S T I & Re  
gis fide mansere, multis etiam hæreticis cefsis.

Nemausum, Bitteras, Belquadrum & cir-  
cuniectas vrbes iam ad hæresim deficientes  
nunc propè deploratas missus a Senatu sapiē  
tissimus Præses Ioannes Daffis cum duobus  
Senatoribus, q̄ grauiter leges exercuere in se-  
ditiosos ac rebelles. Sedatis motib⁹, ad quos  
postea reuolutæ, ad triginta cōprehēsos hære-  
ticos & in his multos nōnulli⁹ nominis Tolo-  
sam redeūtes secū trahebāt, sed dimissi oēs  
ex quodā surrepto Regi edicto nō publicato  
quo etiam⁹ dimissus Porcus minister oppidi  
quod sanctam fidem appellant hæreticorum  
conuenticulum a sancta abhorrentium fide,  
& alij plurimi hīc, illic tum ergastula occupā-  
tes. Laborabat hæreticorum quoq; factioni-  
bus Lectora Armeniaci caput. Missi eō à tī suauit-

# Bij Curia

*L*HOC utram armarij caput  
factio*stat*

## HVGANEORVM TOLOSAN.

ita et hoc  
fins *stat* Curia Alzonius, Ausonius, & Catellus Se-  
cundatius *Conf* natores, cum Mansio sub procuratore Regis,  
catholico *qui* Apparitore Beleto, instantे maximè Bor-  
bonum *stat* tio catholico & priò ciuitatis Cōsule togato.  
Catholico *qui* Præclusere aduenientibus. xvij. Cal. Iulij sub  
ad matutinum *stat* prandium vrbis portas scissis intus ciuibus,  
reclamante connitenteq; ne recipiatur quæ  
fitores Senatus, factione. Annuit tandem  
*stat* magis bonis prouinciae preses Gollardus, si-  
ue malos in præsens inferiores viribus cer-  
nens, egressusque cum Cousulibus excepit  
in vrbem Senatores. Inquisiere postridie in  
hæreticos seditiosos ciues, frementes expe-  
tantesque aduentantia auxilia, quæ antè ac-  
cesserant premoniti Tolosa atque adeo è  
Senatu ipso quæstionis animaduersioneque  
in eos constitute, & paratæ delegatorum pro-  
fectionis. His itaque noctu, quiescetib<sup>o</sup> Tru-  
mulus *stat* ellus pharmacopola cum alijs factionis ca-  
mitib<sup>o</sup> pitibus introduxere in vrbem validam arma-  
torū manū circiter duo milia, equitū peditū  
qua; quorum duces Rupecau<sup>o</sup>, Minius cocles,  
& Lorthus sicarius insignis, Cum surrexisse  
auxilia jam accrescant quæ securitatem  
de portis ex iof. Confitibus *stat* amara papa ministris. *stat* *stat*

## PROFLIGATIO.

sent ab officio Conscripti sub nonam in pri  
 marium templum cum profisci Mansio,  
 operantes sacris obfessi à circunfusa furentiū  
 hæreticorum turba, proripiunt se in campa-  
 narium, in quod missa densissima tormento-  
 rum ac balistarum vi, admoto quoque fu-  
 mo & igne, sese tandem nebulonibus dedere  
 coguntur. A prodeuntibus inquisitiones in  
 se factas requirunt, auferunt que, quas Man-  
 sius in manibus habebat. Deductos in hostiū  
 hospitium, ibi q; pransos ac cœnatos, vsq;  
 ad Franciscasum oppidū pertrahūt quingēti  
 supra mille, extra Tolosani Senatus ditionē,  
 tāq; ad reginā Nauarræ Neracū perducēdos,  
 relicto Lectoræ Bortio Consule pro foribus  
 tépli ad furcam religato. Postridiè diluculo  
 cōsiliū suū cogunt ( cōsistoriū appellat ) sta-  
 tuunt q; ita dimittendos Tolosam Senato-  
 res, si Senatū nomine fidem eis dederint de  
 dimittēdo Iosepho Moyssaci capto, propeq;  
 à Senatu damnato, famoso Caparnaita: quē  
 dum recipiant Mansium & Beletum obsides  
 apud se mansuros. Fit ita. redeunt elusi, illusi-  
 bus dimittunt et dimittantur domi. que  
 extiluant Iosephum Caparnaitam angustiis, intixis  
 dum recipiant manus proficet. Et belli apparet  
 militis obfidibus. Redunt tolosam patet. atque sunt

*quing. intas  
superiora Crimina  
rini capto* HV GONE ORVM TOLO SAN.

*ad finem que Tolosam Patres : Mansius male corpore  
affectus Agennium, Beletus Pradellas eunt  
captiui. Alzonium antiquiorem colliges Se-  
natorem togatum equitem Lorthus vasco-  
nicè Patrem vocitabat. Quid in me, inquit,  
decerneret, si teneres Tolosæ, mi pater ? Ac-  
cumbebant semper mixti, interpositi; Sena-  
toribus, congerronum eos habentes loco. A.  
Reuersi huc illi, grauiter in Senatu huius &  
suam iniuriam querentes subrisu à multis ex-  
cepti: deliberatum tamen deferendam tum  
ad Principem, tum ad Nauarræ reginam cu-  
ta s. nub. ius nomen scelerata seditionis orum hæretico-  
rum audacia in inuidiam ttahebat Iosepho à  
R. cap. Curia dimisso, Mansius & Beletus non par-  
ua pecunia se ab hostibus redemere, præter  
eam qua languentem animam toties obiectis  
gutturi telis eripuerant, subinde vesano mili-  
ti datam. Euasit Apparitor priùs, satis númer-  
tus, ille magno & periculoso anfractu. Re-  
uersis enim senatoribus, Mäfencalloque pre-  
sidi, maximè verò qui illum subrogarant,  
Triumuitis fisci prima cura fuit mansij opti-  
mivi-*

## PROFLIGATIO.

mi viri suis reddendi. Ac Villam Aquitaniæ Quæstorem, tum fortè Tolosæ agentem nō parum potétem Agennij rogant, det operā, vt is ad se saluus redeat. Pollicitus, mox eò contendit, pro'q; illo Huganeonibus se in manu habere ostēdit ab amicis collectam expressam ab eo luitionem: ea erat ducētorum propè aureorum: Intercedit reclamatque à Montealbano nuncius, ne dimittatur nouæ religionis & reformatæ ipsorum ecclesiæ inueteratus hostis, ei'q; dedatur, decreturæ in eum quod videbitur. Villa Terrerium, Lemouicum, sibi amicissimum, familiarem nouorum Christianorum orat, seruet quoquo modo possit, periclitantem hominem suę fidei commissum. Is præcibus amici vietus Mäslium, quanq; grauatè se illi permittétem in suam accipiens tutelam, in secretum dom' suæ cubiculum abdit, tegit'q; triduo, vnde eum tandem incolumem remisit Tolosam. Audiebat illinc, videbatq; ipse noctu lumine carēs ne ab eis animaduerti posset, per vitrū, deblatterantes & minitantes mortem inimi-

## HVGONEORVM TOLOSAN.

cos: At desperauit' ne Dei omnipotētis opē?  
Narrabo, non fabulam, vt idem minimē ya-  
nūs affirmat, nec surdis incredulisque, qua-  
les illum obsidebāt, sed catholicis, & omnia  
amplexantibus à vera pietate nō aliena( Cha-  
ritas, inquit Paulus, omnia credit ) dum intē-  
sius prolixiusque orat Deum, Virginem Ma-  
trem, ac cæteros diuos pro salute sua, magna

~~fidei agn~~ eum vndique circumfulsit lux, tanq̄ ignis, nec  
~~nig. Evidens~~ semel, sed iterum: ac territus prima, altera re-  
~~subtilis~~ fuenit ~~creatus, beneq;~~ sperare iussus tanq̄ à Spiritu  
~~Christiani fatione~~ Dei, nunquam alacrior tota vita fuit. Apa-  
sta et Iesu <sup>A.</sup> meæ doctissimum & catholicum suum Pre-  
~~sum, In punitas~~ cap. 6.  
~~et ergo tot~~ fulm Pedeleueum pepulere cum omnibus  
~~scapulos ordinis~~ illuc secum excitādo bonarum artium iuuē-  
~~rum ratゴリ~~ tuti collegio perductis Iesutis, & vniuersis ec-  
clesiaasticis ordinibus. Vaurum quinque su-

~~decentiis festi~~ pra annum abhinc mensibus noctu Bartha-  
~~mo abjicio~~ minister occupat, Frāciscanos pellit, expilat,  
~~misericordia bar~~ ex quibus sacrificantem vnum ab altari auel-  
~~erant pul~~ erant, & sacris indutum, calicem & hostiam  
~~fit et expilat~~ frangere propitiationis gestantem tripudiare cogunt  
~~misericordia~~ ad frequentem tormentorum sonum, ac de-  
~~Calicibus, Imaginib. Et letib. Corali. S. R. S. atq~~ icctis  
~~go prius et sanctis Sopris et Sacro Cen~~ corpori  
~~prædibus patefici~~.

## PROFLIGATIO.

iectis incēsisq; imaginib<sup>9</sup> & vocalibus libris,  
pterunt pedibus sanctū C H R I S T I corpus.  
Deiesti inde ab Ambrasio regio vrbis præ-  
fecto, in suburbio suas conciones ad tempus  
egere, assidentibus, deducētibus & reducen-  
tibus ministrum Consulibus Bilione Docto-  
re, Cornusio, & Gelemano, atq; adeo iudice  
ipso Anthonio Giberto per omnia manum

præbente . Quid Miliauum , Maluicinum ,  
quid tam multas reliquias cū lachrymis per-  
sequar? quas omnes suę ditionis à viginti us-  
q; annis paulatim infici Tolosa passa est ( de  
corruptis & omnia dissimulantibus summis  
præsertim magistratibus loquor ) nunc sibi  
ab illis domina meritò timens: sic à capite vi  
rus in membra fluxit, quod postea in ipsum  
redundaret. Peruenere haud dubiè in hoc re-  
gno ad tantam hæretici potentiam tum pa-  
storum ecclesiasticorum seipsoſ tantum pa-  
ſcentium auaritia, ſocordia, ignorātia, & ex  
doctis quos paucos habemus quorundā hæ-  
reticorum perfidia latētium ecclesiæ hostiū,  
huius interea magnificis, tumentium titulis,

C ij

diui-

*Cuius gen ditionis erant a viginti  
annis, tandem ſibi ab illis merito timens  
affidominata. locutus erat a capite*

prostatif loius  
in membra et d. in pugna HVGONE ORVM TOLOSAN.  
Caput Endi diuitijsq; luxuriantium, quas vt scitè D. Ber-  
nardus dixit, deuotio peperit, sed filia suffoca  
uit matrem: tum magistratum regalium cul

pa, maximè summam iudiciorum tenetum,  
in quorum fide Principes omnem spem repo-  
nitam habentes, tot sanctis primis ad illos per-  
scriptis edictis securos se in vtrāq; aurē dor-  
mire putabant, ab illis falsi & elusi, qui etiam  
pro tāta quā sibi asserūt, potestate, vel ipsos  
Episcopos in ordinem cogere potuissent. Sic A.  
omnibus dormientibus, quærentibus ve que cap.  
sua sunt, non quæ Iesu Christi, alijs contrā 7.  
nimium vigilantibus ad augendum diaboli  
regnum, inimicus homo super seminavit Zi-  
zania, quæ nūc difficilimum fecernere à fru-  
mento. Sic in sinu fouimus serpentem qui  
nos momordit. HABVIT paulò antè actis  
anhīs Tolosa mistos Cōsules, catholicos, hæ-  
reticos, dubios. Qui suspecta fidei, acres &  
tum ingenio, tum magna nixos gratia, pecu-  
nia ve ( nemo enim pauper ferè fit Cōsul )  
tum verò nonnullos hæresis inueteratæ, quæ  
q; altius radices egerat. Hi dum nimis facile  
titij titij ant anno 1550 3 colle-

## PROFLIGATIO

collegas bonos aut nō ita malos in suam sen-  
 tentiam trahunt, dum iam catholicos graues  
 viros etiam consulares à consilijs dedignan-  
 tur; mirum quām perniciosa Religioni agita-  
 re & moliri cœperunt. In eos pessimos admi-  
 nistratores vrbis, & ex alijs quoque ordinib⁹  
 non inferiores impietate multos, hanc hypo-  
 crisis tegentes Fuco, cùm è sacrò suggestu san-  
 ctissimi & doctissimi ecclesiastæ non Tolo-  
 fæ solūm, sed totius regni impendentem cala-  
 mitatem prospicientes tacitis peccatiū no-  
 minibus inueherentur, pauloq; acrius cæte-  
 ris Melchior Flauinus Franciscanus, Ioannes  
 Pelletarius Iesuta, Antonius Finetus Mini-  
 mus, & Dominicanus Lana, vsq; eò illis sto-  
 machum mouerunt ( V E R I T A S O D I V M  
 P A R I T ) ut subornatis vnde cunque falsissi-  
 mis, & hæreticis testibus eos tandem seditio-  
 nis maiestatisque reos fecerint, quò à verbi  
 Dei prædicatione cessarent, surrepto Regi di-  
 plomate tribus illorum prioribus interdicta:  
 Susceperant struendam eam calumniam à sy-  
 nagoga satanæ potissimum Ioannes Porta-

C iij

lis

 calumnia  
 i. G. G.  
 j. G. G.  
 f. G. G.  
 f. G. G.  
 f. G. G.

*Pragm. diplomatis  
tib. illis HVGONEORVM TOLOSAN.*

*¶ dicitur  
fuit  
Intra  
dicta.  
omnig  
potest  
strati  
niatocil  
enig  
de no  
dicta  
fuit  
nomes  
civis Iug  
sitorij  
dicti psum  
ceat at  
aliqu  
pdirap  
vt decet ecclesiastē, vsus libertate lingue. Tra  
li ditionis  
xius juy  
status indignius reliquis Iesuitā à Licentiatō  
firme reg  
data erat, qui diu febre laborantem & varijs  
dolorib  
laterum doloribus propè exanimem Appa  
mēæ captum ab hausta eo die medicina ad  
huc cataplasmatis impeditum ne semihoram  
quidē in paroxismo ab equo quiescere pass  
est, donec eum Sauerdunū è carcere in carce  
rem perduxisset. Hinc ab eodem Altamripā  
tractus, inde Verdunum à portale deductus,  
vbique durissime detentus, quanq̄ eum sibi  
confinata in trāia Lanangū dari  
sunt in foli Juglans fructuosa supposita enīq̄uit*

PROFLIGATIO.

dari hospitem petentibus multis honestissimi  
mis viris vades se offerētibus, mansit in squa-  
lore, donec Vicario longissimè eum, ad ipsū,  
vt dicebat, Regi sistendum, hoc est, perden-  
dum, rapere parante, de eius salute solliciti  
Tolosani catholici ciues, Senatorum præser-  
tim paulò antè Lectoræ ab hæreticis interce-  
ptorum exemplo excitati, supplici pro eò à  
Senatu libello impetrauere vt sub duorum  
Curiæ Apparitorum custodia in palatiū asser-  
uādus veniret, quò & Melchior apud Albiē-  
ses captus & tandem etiam Finetus adducti,  
datis ad cognoscendam Tolosæ illorum cau-  
sam iudicibus Ioanne Daffi & Michaele Fa-  
bro Præsidibus. Miserat ad Regem Tolosa  
publico consilio ad ipsorum innocentiam  
Principi probandam Lucam Vrdesium in  
Senatu Aduocatum & Iacobum Susium vi-  
ros Consulares legatos, ne iniusta ciuitatis tā  
præclaræ nomini sub quo aduersus ecclesia-  
stes rem hæretici gerebāt, vlla impietatis ma-  
cula hæreret, illorum iniuria in Deum redun-  
dante. Paratis pfectioni furentes Capitolini

C <sup>ijj</sup> lega-

Jacobi & Jacobi legatus ad regem & legatus, Legatus & legatus  
legatus acta consiliij & legatus a legatus fiducijs Capitolini

*gri et cingmodi*  
*legationis bir-*  
*ting amicitia* **HVGONEORVM TOLOSAN.**  
*z. est, quiclo*  
*facto* **L**  
*legationis decretum actaque cosilij denegar,*  
*velut contrario subsequuto inducenda: Nam*  
*vigesimo quinto a priori die, sedentibus in*  
*Capitolio Ioanne Teronda, Laurentio Vale-*  
*te, Bernardo Punifsono, Marnaco, Blasio*  
*Drullio consulibus, irrupere Petrus Cedrus*  
*Licentiatus factionis dux, F. Aligosius syndi-*  
*cus, Mallardus & Iacob<sup>o</sup> Orliacus Doctores:*  
*Jacobus Crosetus, P. Lucas, Imbertus Arcus,*  
*Licetiati: Hugo à Costa Procurator: Gaspar*  
*Caiarcus, Franciscus Monuertus, Augerius*  
*Ferrerius Medici, I. à sancto Stephano, aqua*  
*rum præfectus, Antonius Ganelo. P. Aceza-*  
*tus, Oliuerius Pastorellus, P. Mainagnetus,*  
*Pontius Pateuinus, Ioannes Bonencontrius,*  
*I. Sancthilarius. Ra. Fonsius, Gabriel Solius,*  
*Geraldus Labayus, Dionysius Bayletus, An-*  
*tonius Crosius, P. Collus, Io. Baylius, Vita-*  
*lis Sertus, A. Montellius, Bern. Bilhetus, Io.*  
*Villanova, mercatores: Io. Chamayonus, Lu-*  
*do. Pancius, pharmacopolæ: P. & Io. Arque-*  
*rij, Io. Dyuersorius aurifices: Bert. Bonetus,*  
*Io. Bartholomæus, P. Podius bibliopolæ:*  
*Geral*  
*ting quare primis d' albata coniunctus*  
*agre, ita fuit designata quadam vita*  
*Agostini cautionib. ut iudicatio a Catholicis*

## PROFLIGATIO

Geraldus Cosius caligarius, Anth. Pharao plearius, Olyuerius Cotallus sutor, P. Castell. candelarius, Claudius Meneneus liquator, protestantes contrà legationis decretum ut publica authoritate carens. Munierant se legati sex & quadraginta honestissimorum & amplissimorum catholicorum ciuium testificatione coram Tolosano capitalium causarum primario iudice Ruchono data, sanctè confirmantium decretam à se & communi sole, niq; ciuitatis consensu legationem. Accepti quoquo modo pro tempore apud regem legati auditioꝝ in secretiori consilio in presentem de Noz eum elogio quod in manu habebant, circa fidem, à Dominicanis extorto prementes. Arestū referunt, Ecclesiastē ex editi Regis proximi mēsis Iulij venia se à carcere liberēt, ita tamen ne ad populum loquātur, donec rex iusserit: aduersum de Noz de religione quæsita in consilio renuntientur. Hæreticis tantū eo edicto consultum erat, in quos illi tam acriter declamarāt, quo tam multos Tolosæ, à Daffiꝝ; Præside captos euā

D

sisse

HVG ONE ORVM TOLOSAN.

sisse iam dixi. Vrgebantur interea h̄c in pala-  
tio rei extra ordinem coram selectis à Rege  
iudicibus. Commissi in eos ad triginta testes,  
quos multis verisq; obiectionibus infirma-  
bant: omnes (parcam nominibus) ad vnum  
omnes spectatæ esse hæresis, omnes à Marna-  
co, de Noz, Vicario Portale corruptos, con-  
iurasseq; in caput ipsorum cum delatoribus,  
plerosque etsi ordinis honesti, infamia labo-  
rare vitæ, quosdam alienæ, alios etiā propriæ  
vxoris libidinis ministros. Receptæ à iudi-  
cib' grauiores visæ refutationes, præterquam  
de hæresi, à reis probandæ, præsertim cōspi-  
rationis. At ex patronis eorū multis iure cō-  
fultissimus Babutus & voce & scripto conté-  
dit nullo alio nomine testes magis rejiciēdos  
quām hæresis, nec ideo hoc minus esse vitiū,  
quod tam multi hominum eo laborent. tam  
detestatum esse legibus hæresis crimen, ut ei⁹  
etiam personæ infames testimonio reos fa-  
ciant, ab hoc autem hæreticū in infames quo-  
q; submoueant, & de quacunque reprehēsos  
culpa, vel si maiestatis arguantur, læsa huma-  
na haud

na haud secus cum diuina conferenda ac fini-  
tum cum infinito, Deóvé cum hominibus.  
His alijs've moti Præsides Iudices iam tum  
fortè à Rege ad Sancti Germani comitium  
euocati, se amplius ea de re apud regem deli-  
beraturos respondent. Quò vt primùm per-  
uenere, Rex, maximè Cardinalis à Turnone,  
& Mirapicensis Episcopi, precibus annuens,  
Iesuitā & Minimum breuibus ad singulos  
missis interdicto prædicandi soluit, eos ad-  
monens, populum ad sui obseruantiam atq;  
in ipsum fidem post Dei cultum hortentur:  
quod illi vt semper antea, ita & nunc persan-  
ctè & diligenter faciunt. Non quieuit tamen  
hæresis rabies: nam non ita multo post surre-  
ptis alijs Regi codicillis ad interdictum reuo-  
cantur, à Senescallo ab aula Tolosam allatis,  
qui in irritum cessere. Audiui a multis, cum  
Vicarius Portalis apud quendam ex pessimis  
optimatibus quereretur deesse nummos ad  
Iesutam cū tā multo satellitio huc illud per-  
trahendum, custodiendumq; ( Verebantur  
enim valde ne euaderet perinde ac de insigni

D ij latrone

HVGANEORVM TOLOSAN.

latrone ) respondisse illum, Ecquid, inquit, tā  
ta opus custodia si ferreis vinciatur compedi  
bus? quod mox portalis per literas iussit, cum  
iamdiu ecclesiastes ,pprijs suis custodiretur,  
& grauaret sumptibus, quos nō poterat fer-  
re : temperatum tamen, nec obtemperatum  
ab ijs ad quos scribebat, paulò ipso humano  
ribus. Flauinus verbo Dei clarus, nūc scriptis  
nomen suum efficit illustrius, clamatque ma-  
gis silens, quo mouendis in Christum affecti-  
bus, lapideisque cordibus scindendis vix au-  
dis aptiorem. Auxerat in reos inuidiam quòd  
eodem anno sub quadragē. iejunij finem cō-  
cionante in Dealbatæ Flauino cùm perditus  
quidam Ecclesiasten ridens rhythmicos psal-  
mos cantare cœpisset, tanta hinc seditionis  
est suborta tempestas vt tota in Capitolinos  
ciuitate commota, ijs comprehenso intra tē.  
plum nebulone negato, & purpuratis tantū  
à Curia missis patribus ab inflammato popu-  
lo credito, singuli octo quatuor sibi optiones  
viros cōsulares adsciscere à Senatu coacti sint,  
ne quid detrimenti respub. caperet. Accepe-  
re igitur

re igitur coadiutores Teronda Genelardum,  
Tornerium, Pastorellum, Pinum: Ponissonus  
Alesium, Babutum, Maurellum, Calmōtiam:  
Marnacus Daulionum, Gestem, Lanam, Lys  
serium: De Noz Gaubertum, Crosetum, Ber  
trandum, Spunctum: Blas. Drulius Restam,  
Madronum iuniorem, Boriam, Pratuī: Va  
letes Borderiam, Iossen, Issartium, Gasconē:  
Landela Galiacum, Colomerium, Aquapla  
num, Ganelonē: Noealdus Susium, Pechiū,  
**Fargam, Cosium.** Ac postremi tres non tam  
grauatē, nempe recti studij, nec collegarum  
impotentiae pares, ægrē tantūm quosdam ex  
omnibus optionibus suspectos ferentes. Vi  
disses postridiē barbatum senem Alesium cū  
elegāti iuuene Ponissono lateri hærente peta  
satūm ( rorabat enim ) graui incessu collectas  
vrbis armatas decurias ducentem formida  
bilem trementi quem vndecunq; disquire  
bat, huganeoni. Tum rideri Capitolinos à  
vulgo, illis velut pupillis datos tutores ad rē  
publicam regendam, quam per se tueri non  
possent, nollent ve. Qua ignominia tacti mox

D ij sese

se se ab adiunctorum sociorum potestate emā  
ciparūt, nec ampliūs hos, alios ve catholicos,  
aut perrarò in consilium aduocarunt: quibus  
cum vicissim hi coire se indignū iudicabant,  
nihil sententij s̄ suis profuturos aduersus pr̄-  
iudicatas & audaces h̄ereticorum voces. Iam  
qualis cuiq; religio in animo federet, obser-  
uatum fuerat in ijs sessionibus, quibus con-  
sultatum est, è re' ne publica esset, id' ve fieri  
sine piaculo posset, Ecclesiæ bona distrahi ad  
deonerandum implicitum graui ære alieno  
Regem : optimo quoq; id pessimi exempli,  
ac penè h̄ereticum iudicante, h̄ereticis con-  
trâ, nihil eo expeditiūs sanctiusve, sanctè vt  
obtestabantur, acclamantibus, ad leuandam  
simul pressam miserā plebem, & accisas Re-  
gis fortunas adiuuandas. Quam in delibera-  
tionem cùm multa ab istis per religionē pie-  
tatisque speciem in ecclesiasticos tum impia,  
tum falsa & inepta, qua sunt impudentia, ia-  
ctata catholici grauissimi & doctissimi homi-  
nes egregié refutassent, vicit tamen ( magnū  
& immedicable Reipublicæ malum ) pond<sup>9</sup>  
senten-

## PROFLIGATIO

sententiarum numerus, introducta in cōsiliū  
 à Capitolinis hæreticis multa ciuitatis fæce  
 opificum, & huganeonū, vt de eo secundum  
 ipsorum opinionem ad trium ordinum con  
 uetus proximos referretur. Mea sentētia fuit,  
 nō defuturū Regi quo æs dissolueret quan  
 tumuis immane, si ex eiusdē Principis autho  
 ritate magistratus in hæreticos, quorum ma  
 gnā in oculis habebam copiam, & in pri  
 mis in insigniores leges exercerent, horum  
 proscriptiōe fiscum redūdatū. Creuere co  
 dem anno partium factionūque studia abs  
 perditissimi hominis Roberti Motæ merca  
 toris, impostoris magis nomine digni cæde,  
 qui in sacra D. Saturnini æde enarrante Apo  
 stolorū symbolum Lana, & aculeatas in hæ  
 reticos mittente voces, quarto Nonas Maij,  
 sublata & ipse arroganter repetitāque in ec  
 clesiastē voce Mentiris, inquit, hypocrita mo  
 nache. Obiurgatus ab astantibus, nihilq; ad  
 monita resipiscens, cum multa impia & blas  
 phema vomuisset in catholicā fidem, à fre  
 quēti plebecula correptus multis promiscuis

D iiiij

con-

tas Iu. Cabolironi fiducij profanatioj fulta  
 in boni cuiuslibet vnde - curribatur - t. f. f.  
 zor. - populi Cabolij - q. q. Sonnius i. z.

~~quatuor~~ <sup>in</sup>  
~~vulgo~~ <sup>appellat</sup> ~~capit~~ HV G O N E O R V M T O L O S A N.  
Capitolinus <sup>etiam futu</sup> confossum vulneribus cecidit. Delatum in Ca-  
pitolum corpus ut aspexit Terôda, o miser,  
ait, innocens! Spectatæ erat vterq; hæresis,  
at non tam antiquæ defunctus, quām Capi-  
tolinus (nam Ioannis Caturci ante triginta  
annos hīc combusti istū & alios multos ad-  
huc viuentes togatos socios fuisse cōstat) hīc  
tamē turpis usuræ infamia superās. Intrusere  
clam in sagi quod mortuus gestabat faculum  
alterius precaria codicem & tesseras, a quibus  
longissimè Huganeo viuens aborrebat, vt tā-  
quam pijs cædes grauiorem conflaret catholi-  
cis inuidiam. Cadauer sepulturæ mandatū.  
Diligens & seuera in percussores incertos  
questio, animaduersiōq; cōstituta. Apprehēsi  
vulgo quatuor capite ut seditiosi damnan-  
tur prōpter seditiosum & perniciosum ho-  
minem imperfectum. Senatum appellant. Hīc  
catolicorum & hæreticorum ex omni ordi-  
ne atq; sexu pro & contra reorum salutem  
intenti pro sua cuiusq; religione animi, anxij,  
discursantes, solliciti, expectantes iudicium  
Senatus. Multi docti viri nō voce solūm, sed  
elaboratis

elaboratis etiam scriptis crimen eleuantes, p  
 illis Patrum misericordiam implorauere. Sus <sup>Ac.</sup>  
 pensum iudicium, multa in occisum quæsita  
 & comperta: refossum à sacra iurisdictione  
 corpus, & in profanam abiectum terram. De  
 inde creati sunt his deteriores & inauspicati  
**Consules Adhæmarus Mandinellus Deau-**  
**ratae, Guielmus Dareus Dealbatæ, Cedrus**  
**Petræ, togati, P. Hunaldus a Lanta, D. Ste-**  
**phani, Vignes Montesquius Petri, Ganelon**  
**Saturnini, Pastorellus Batholomæi, Aceza-**  
**tus pontis veteris. De hac electione fiscales**  
**Senatus Triumviri Patres reclamauere, à cre-**  
**atis suspectæ religiōis, ob idq; & dubiæ in rē**  
**publicam fidei Consulibus nihil boni expe-**  
**ctantes. Inter prouocationis causas nō omis-**  
**sum Lantam nec ciuēm, nec domicilium To-**  
**losæ, vllas' ve fortunas siue intra urbem, siue**  
**vicariam habentem electum, quod is ipse ac-**  
**cisans supplici libello confirmauerat, tanquā**  
**hoc publicum munus detractaret: Addebat**  
**Triumviri quod & certum erat, illum a Vale-**  
**te, non sponte, sed cogētibus etiam conuitio-**

E colle-

PROFLIGATIO.

collegis ad Cōfusatū vocatū, minus verò fu-  
riosum Cedrū a Noealdo reipublicē causa ab  
sentē. Nihil tādē Curia mutauit, nō nullis ex  
hoc etiā ordine impēdiō nouæ tū creationi,  
tū religioni fauētib⁹, alijs min⁹ seditiōis cauē  
tib⁹ periculū eo, quod ex electorū cōfirmatio  
ne latēs impēdebat ciuitati. Obseruatū à mul  
tis diri ominis loco, qua hora Vicari⁹ p mo  
re vrbis nomihe Capitolinios in Regis vrbis  
q; fidē solēni adegit sacramēto, tam tetram  
obductam aerī nubē, vt nunquam penē ob  
scurior solis defectus visus fuerit. Quorū au  
dita creatione suburbanus quidam S. Cipria  
ni, P. Guiliatus coriarius exclamauit Hugo  
neorum Reges electos ad gubernacula reipu  
blicæ Tolosanæ. Etsi hic tacuisset, lapides cla  
massent: tamen libertatē lingue simplicis ho  
minis in libera ciuitate nō tulerunt, quos illi  
co inito magistratu in oēs bonos exeruerunt  
tyrannici Capitolinorū spiritus. It protinus  
in horum simul iudicū & accusatorum du  
rissima vincula miser suburbanus. Ab his  
ordinarium Senescalli officium cui præterat

in ca-

## PROFLIGATIO.

in capitalibus Ruchonus hæreticorum odio  
 flagrans, appellat: anticipatur ab aduersariis  
 ad Præsidiales, a quibus suarum partium esse  
 crimen declarantibus, se a primis iudicibus  
 in hos tanquam à Scilla in Carybdim incidit  
 se videns perfugit ad Senatum. Dixit pro eo  
 causam Samson à Cruce disertus patronus,  
 protestatus se non id defendere, quod ipse  
 delibauit, a Tyberio profectum Cæsare &  
 magnis celebratum viris In libera ciuitate li-  
 beras esse debere & mentes & voces. cuius  
 principibus ut quicquid libet facere datur,  
 cur non subditis de illis queri quæ doleant?  
 præsertim absentibus, a quibusq; exaudiri nō  
 possit, q; lingua etiā abutit. Flebitis, inquit, il-  
 le, ni longius semoti de me male loquamini.  
 Quid hac facetia clemēti? aut qd hac clemē-  
 tia faceti? morib' nostræ ciuitatis cōgruēs q;  
 nō præsentē verbis notatū ab alio æquanimi-  
 ter iniuriā ferre voluerūt. Id Antigoni. Quid  
 Alexadri, Regū esse cùm beneficeris, male au-  
 dire? Quid huius pater de Nicanore apud se  
 delato quòd sine fine de ipso male loqretur?

E ij suaden

fæcunda  
 libertas  
 multiss.  
 Lingua  
 in ciuitate  
 f- libera

HVG ONE ORVM TOLOSAN.

suadentibus amicis vt de eo sumeret suppli-  
cium, Nicanor, respōdit, non est Macedonū  
pessimus: videndum est igitur necubi nos in  
officio cessemus: itaq; vt cognouit vehemen-  
ter afflictum inopia, & tamen à Rege negle-  
ctum fuisse, cum mox aliquo ad eum dono  
delato eundem apud omnes principem lau-  
dibus in cœlum ferret, Videtis igitur ait Phi-  
lippus, in nobis situm esse vt bene aut malè  
audiamus. Qui & Atheniensium primoribus  
plurimam se habere dicebat gratiam, quòd  
suis comitijs efficerent, vt ipse tum oratione,  
tum moribus melior euaderet, dum conor,  
inquit, illos dictis pariter ac factis mendacij  
conuincere. Qui in theatrum Reipub. pro-  
deunt omnibus se spectandos nec vno tan-  
tum oculo præbent, siue bene siue secus per-  
sonam agant, quam suscepérunt: sibiq; ipsi  
imputare debent in quācunq; partem de illis  
homines loquantur, scribant've. Non enim  
possimus (vt Apostoli dicebant) quæ vidi-  
mus, & audiuimus, non loqui. Pro Capitoli-  
nis Terloncus seditionis clamat, id quibus  
potest,

E loca.  
rita  
bona  
odore

## PROFLIGATIO.

poteſt, longiſſimè petitis argumentis confir-  
mans, ut in mala cauſa opus eſt arte, quā cal-  
let. Parum quoq; abſuit, quin & ipsi Cruceo  
diem dicerent, quemadmodum & Vrdesio  
optimo & doctiſſimo viro ſimilem pro alijs  
cauſam tuēti ( prætero Barbariam iniurioſe

a Cedro tractatū Maurinū, & infinitos talia  
ab hiſ tyrañis paſſos ) quas oēs cognoscēdas  
retinuit tū æquitate ſua, tū priorū iudicū ini-  
quitate mot⁹ Senatus. in quē ex hoc maxime  
ſanctiſſimū & grauiſſimū cōtū, caputq; cōſi-  
lij publici grauē illi inuidiā cōflare niſi ſunt,  
tāquam contra euntibus, fraudemq; facien-  
tibus Regis edicto Patribus, quo in ſeditio-  
ſos ſine prouocatione animaduertēdi ſibi cō-  
ceſſum ius animoſē defendebant: qua de re  
multas ad Reginam matrem, Nauarræq; Re-  
gem & literis & per miſſos in id fuſurrones  
quereelas detulerunt, quibus nimium fauere  
ſeditioſis ( non enim iam alio nomine catho-  
licos appellabant ) aut hoſ potius fouere etiā  
Senatum iſum iſimulaban⁹. His diaboli ar-  
tibus iſi plusquam ſeditioſi furioſiq; in ſedi-

E iiij tio-

HVGANEORVM TOLOSAN.

¶ Cap. tioneis nomen inuehentes vrbem seditione  
12. ad teterimum vsq; bellum repleuerunt. Nā  
& Academia quoque nobilissima ciuitatis  
pars totius alumna factionibus scissa, auditio  
re in auditorem armatis, atque adeo in præ-  
ceptorem ipsum è superiore profitentem lo-  
co, si quid de antiqua pietate admonere, si Pō  
tificum iura Cæsareis admiscere velut sacris  
profana niteretur: explodi, sibilari, detubari  
strepitu è suggestu. Fernandum, Rossellum,  
Costanum quos adorare solebant, nunc Pa-  
pias vocare. Hispani scholaſtici oēs migrare  
coacti, partim a nostris illos infestatib⁹, ptim  
catholici sui Principis iusu nō leuib⁹ etiā p  
positis pœnis eos ad se reuocatis, ne cōtami-  
narēt Frācica peste. Hæc nō semel Academię  
Patres apud Capitolinos questi: audiri & file  
resimul leges inter arma inimica scholaſticæ  
disciplinæ atq; modestiæ, stultæ iuuentuti ab  
illis nō permittaſſa ſolūm, ſed etiā ipſorū gestā-  
tium testimonio in manus tradita, abrepta ē  
Capitolio, ad nouam religionem tuendam,  
hoc eſt, ad inuadendam occupandamque

## PROFLIGATIO

sensim urbem. Sic falli miserorum parentū  
 spes omnia prodigentium, & tantam traſ-  
 mittentium per tot terrarum spatia Tolo-  
 sam in filiorum studia pecuniam. Sic anti-  
 quissimum, frequentissimum vtriusq; Iuris;  
 & omnium bonarum artium emporium à  
 sanctissimis moribus & vetere dignitate de-  
 labi ad Dei, hominum, & honesti contemp-  
 tum, atque in vastam tandem solitudinem,  
 & paupertatem vrbis, suamque, hæresi, &  
 magistratum ad quos ea res maxime per-  
 tinet, licentia. Vndique querelæ & dolor ni-  
 hil parum' ve surdos & cœcos **Capitolinos**  
 mouentes. Quibus creatis prima cura fuit  
 quoscunque catholicos & probos viros **Ca-**  
 pitolij munera gerentes, Assessores, Syndicū,  
 aliaque ministeria deturbare, datis hæreticis  
 successoribus suiq; studij. At his Consulibus  
 in animos bonorum ciuium grauior nulla su-  
 bijt, quam ne quod tam diu hæretici conabā-  
 tur, quodq; multis iā in vrbib<sup>o</sup> nunc vi, nunc  
 fraude erat assequuti, vllū nostrę tēplū inua-  
 derent, polluerentq; sacrilegis dogmatibus.

E iiii

Quod

iognaci obixant. Jep. de la  
 illoꝝ manus pta quodcingerit.

*erat bonum  
in Capitoli  
Coacta.* HVG ONEORVM TOLOSAN.  
*de obliq  
Catolici  
De Capito  
linis papa  
fionis fuit  
zant in  
munitio  
atque  
fia rei  
bant in  
trivio  
digni  
lorum olim Templariorū. Destituti hac spe,  
*dis diffi  
multabil  
Judicato  
bat nimis  
Judeo  
bus jud  
Conuolum  
modicua  
Se quation  
arufi  
Judeo  
filius et p  
genitib  
Nyordum adolescentem scholasticum Agē-  
nensem: nunc in ampla Subernæ domo: de-  
inde hyeme per totam effusi vrbem quaqua  
versus suorum latiores domus eis patuere, do  
nec in palatium quoque peruerterunt. Habi-  
tæ in hac ciuitatis parte primæ nefariæ cōcio  
nes apud Santerreum Comitem locupletem  
leues**

leuis mentis iuuenem, Iordanem Consilia-  
 rium Præsidiale, procuratorem Bonofosium,  
 Vicarium portalem, Vilionem Aduocatum,  
 & alibi variè. Cōueniebant eò presertim sub  
 noctem ex omni propè ordine, ætate, sexu in  
 finita turba, viri cum uxoribus vel pulchriori-  
 bus: quanta matrimonij fide, quanto hæ pu- A. cap.  
 dicitę periculo, illi videāt, purgētq; si queāt, 13.  
famam: adeo transuersos sub religionis spe-  
 cie mortales agit dæmon transfigurans se in  
 angelum lucis. Qui & recentem ingessit fœ-  
 minarum mentibus, ut veterem exuerent san-  
 ctiorē. Etenim abiectis præcarijs tum codi-  
 culis, tum baccis quas pendentes è Zona ge-  
 stare solebāt, Bordugalam simul rotatam in-  
 flatamq; vestem, nec minus inflatēm, prin-  
 cipiò infamem, at iam honestis ferè matro-  
 nis communem, muliebris fomitē superbiæ,  
 tam olim frustrà à sanctis præconibus dete-  
 statam, nunc vltro tanquam nouo afflatæ spi-  
 ritu deposuere, à catholicis quoq; reiſcien-  
 dam: imò retinendam, si vt fertur simile ve-  
 ro, eius yſu hæreticæ abstinebant ad suā alie-

F namq;

H V G O N E O R V M I T O L O S A N.

namq; expeditius libidinem exercendam: ab  
horrentes etiam nonnullæ à chorearum stre-  
pitu & musicis sonis, nisi si qui saperent pie-  
tatem: ô diaboli hypocrisis! Excitarunt tan-  
dem non satis metuentē, imò plus æquo me-  
tuentem Senatum nimis iam frequentes di-  
cti nocturni cōuentus, & motus nouæ arma-  
tæq; religionis: tum quotidiè influens in nō-  
tam confertam populo antea visam vrbē vn-  
decunq; exterorum hominum multitudo,  
seu per noctem à Capitolinis introducta, seu  
interdiu, falsis, aut non falsis intermisstis bo-  
nis malis portarū custodibus. Nocte C H R I-  
S T I natali sacra, qua ex vetustissimo catholi-  
cæ ecclesiæ more sacrī operamur, Capitoli-  
ni per speciem prohibēdi (quod Senatus ius-  
serat) ne quid inter ea per vrbem moueretur,  
quod publicam religionem impedire, & san-  
ctam festi lātitiā interpellare posset, cum so-  
lita vrbis vigilia armatas hæreticorum decu-  
rias ex omni ciuitatis parte in Capitolium  
cogunt, ac cum tota ea manu (ad quadrin-  
gentos fuere) vrbem circunquaue oberrāt,

&

& sibi à catholicis metuentes, & simul per eam occasionem recognoscentes Huganeo-nicæ factionis, & suorum consiliorum vires, quas tum infirmiores illis exequendis censuere. Obseruatum id à Catholicis, veneréque hinc in vehementiorem proditionis suspicionem Capitolini. Quos sæpè Patres, & publicè, & priuatim hortantur, obsecrant, iubent, videant, ne quid detrimenti Republica capiat. Imprecari hi dira in caput suum, si se Consulibus quicquam infaustum ciuitati cadat: sibi curæ nimium esse salutem vrbis. At quanta hominibus expectanda ab hereticis fides, qui fidem primam Deo fecellerunt? Ruebant quotidie in peius omnia, dum Senatus clemencia nimis parcit omnia dissimulantibus, ac per se ipsis indigna committentibus Capitolinis: crescebantque motus, & temeræ conciones, inter eas resurgentibus, & terribilibus populum armis.

*Cap. 14. Iam vi omnia gerebantur, nullo ferè*

*Fij legi-*

HVGONEORVM TOLOSAN.

legibus, edictis, Patrum authoritati relicto lo-  
co. Iam velut capta quò maximè spectare illa  
arma videbantur, ab impijs catholici templi  
deplorabant: dum ecce subito, è cœlone an-  
ab hominibus, malum malo pellitur. Adest  
præsto Regis edictum, quo nouæ religionis  
ministris prædicare liceat purum Dei ver-  
bum canonicis vtriusque testamenti libris &  
Nicena synodo contentum, idq; interdu ta-  
tum, extraq; vrbes: arma tamen ut prioribus  
edictis prohibentur, inuasioq; noua ve exedi-  
ficatio templorum. Iubentur ( quod longè  
antè Capitolini ex Iucundam Regis Legati  
vrbem ingressi, suaq; ipsorum autoritate  
edixerant ) catholici cū nouæ religionis ho-  
minibus pacatè viuere, nec se inuicem ad ri-  
xas prouocent, alter alterum ne lacestat ma-  
nu dictoue: Ne orthodoxi Ecclesiastæ in mi-  
nistros, aut hi in illos inuehantur: ne in Mis-  
sâ & ceteros catholicę ecclesię ritus debacché  
tur: ne vicissim aliquatenus eoru conciones,  
preces, aliæq; ipsorum eius religionis fun-  
ctiones impediatur. Quibus verbis (& autres  
exercices

exercices de leur religio) haud dubié, quāquā non  
 ita apertē sibi permīssum putauerūt, q̄ rebus  
 antē & post gestis sūt clarē testati, sacramēto  
 rum abusum ad Geneuæ traducendorū for-  
 mam: magisque perspicuè ex eo, quod in cō-  
 nubijs inter se celebrandis obseruare iuben-  
 tur ad quotum vsque consanguinitatis affini-  
 tatisque gradū id liceat per Romanę Ecclesię  
 leges. Circa tam noui edicti promulgatio-  
 nem acriter in Senatu pugnatū est, id ma-  
 ximè materia flagitante. Magnam senten-  
 tiæ laudem, non victoriam retulit religiosissi-  
 mus & doctissimus Senator Thomas Fore-  
 sius eo die velut nouo ac singulari Dei spiri-  
 tu afflatus. At ego ne tam audaculus scribā,  
 quæ non absimilia fortassè grauissimæ Sena-  
 toris alioruūmque satis multorum vt audio,  
 magnorum virorum qui apud Regem in cō-  
 trariam adduci non potuere, sententię extra  
 amplissimum ordinem in concinnatores edi-  
 citi zelo Dei ac dolenter cordatissimus quis-  
 que iaciebat, Christianissimi Regis nostri mi-  
 nimè timentes hinc lædi quam & ipse sicuti

F iii debeo

aut q̄ sonitas luci ad timibus? q̄ à communisq̄  
 o batal? aut q̄ pars fideli regis justidufi? q̄y

confessus & templo dñi Cui Polis? ppter qd ppter - de pndio sive  
et se separamini dñe dominus. sed et ipsius sicut p. transversant  
separandis corde HVG ONE ORVM TOLOSAN.

debeo tueri cupio, & adoro maiestatē. Quo  
enim illud? Nō arabis in bove simul & as-  
similis. Sicut no. Non indueris vestimento quod ex lana li-  
modi. At &  
nō que contextum est. Diuisus ne est Chri-  
stus? Aut religionem, inquit ille, vsquequaq;  
tolle, aut vsquequaque conserua. Vsquequo  
claudicatis in duas partes? Si Dominus est  
Deus, sequimini eum: si autē Baal, sequimini  
illum. Clamat Paulus nolite iugū ducere cum  
infidelibus. Quę enim participatio iustitiae cū  
iniquitate? aut quę societas luci ad tenebras?  
quę aut̄ conuentio c h r i s t i ad Belial? aut  
quę pars fideli cū infideli? qui cōsens⁹ tēplo  
Dei cum idolis? Propter quod exite de me-  
dio eorū, & separamini, dicit Dominus. Hæ-  
reticum hominem post vnam aut secundā  
correptionem deuita, sciens quia subuersus  
est, qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit  
prōprio iudicio condemnatus. At nec Aue,  
inquit Ioannes, ei dixeritis: qui enim dicit il-  
li Aue, communicat operibus eius malignis  
Seueriūs Moses ex autoritate Dei, adora-  
to à filijs Israel aureo vitulo, Si quis est, ait,  
Inquit Iuanus Dñs Godi. dñe beneplacitissim⁹ fili⁹  
et his fratre-sis, ut dñs nobis beneplacito. Et alibi  
dñs oīr̄ georgio, si tibi Inquit fratre tuos p̄fudit  
voluerit aut filium vel filia sibi dñs q̄ uisum  
tuo, aut amicos ḡntib⁹ diligis Et tamen quay; clary dñcrys

Domini, iungatur mihi: ponat vir gladium  
 super fœmur suum, & occidat vñusquif-  
 que fratrem suum, & amicum, & proxi-  
 mum suum. quod cum exequuti essent filij  
 Israël, cæsis propè viginti tribus millibus,  
 Consecratis, inquit, manus vestras hodiè  
 Domino vñusquisque in filio, & in fratre  
 suo, vt detur vobis benedictio. At & alibi  
 ipse ore proprio Deus, huic sacræ cædi ta-  
 citè parentem tantummodò à filij manibus  
 eximens. Si tibi voluerit persuadere frater  
 tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, vel  
 filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut ami-  
 cus quem diligis vt animam tuam, clam,  
 dicēs, Eamus, & seruiam⁹ dijs alienis, quos ig-  
 noras tu & patres tui cunctarū in circuitu gé-  
 tiū, quæ iuxta vel procul sunt ab initio vñq;  
 ad finē terrę: nō acquiesces ei, nec audias, nec  
 parcat ei oculus tuus, vt miserearis & occul-  
 tes eum, sed statim interficies: sit primūm  
 man⁹ tua sup eum, & post te ois populus mit-  
 tat manum: lapidibus obrut⁹ necabitur, quia  
 voluit te abstrahere à Domino Deo tuo.

F iiiij An

gihda; g̃s Cith - ob dñm, Rofila Gottges Re  
 arziam⁹, ob z̃ndt Kridif Rosia z̃ndt. May Jba  
 lida p̃. ~~z̃ndt~~ quoniampanz cunctias curv. ~~lensia~~

*filia francia*

*ambient hoc HVGONEORVM TOLOSAN.*

*reponso rumpit*  
*An non deos alienos, ut sacri interprætati  
ma francia Italiæ sunt antiquæ authoritatis Doctores, colunt,  
qui hæreses sectantur? recedentes à commu-  
ni catholice ecclesiæ spiritu, quam si quis nō  
audierit, sit tibi inquit C H R I S T V S tanquā  
ethnicus & publicanus, eodem omnibus cū  
Nicena iure censendis œcumenicis synodis  
legitimè coactis. Quasi peccatum arioladi est  
repugnare, & quasi scel' idololatriæ, nolle ac  
quiescere. Ut non sine ratione maiores Re-  
gis alijq; Christiani principes haud secus ab  
hæreticorū quām Gētium ( de quibus diser-  
te canit in scripturis Deus ) perpetuò socie-  
tate abhorruerint, negata olim Totilæ Go-  
tho Regi Arriano se Italiæ quoque regem  
ob recens vrbis Romæ excidium nuncupati  
Filiae filia, ob eam repulso maximè cau-  
sam qua glorians nuptias ambiebat, dato à  
Regibus responso, eum Italiæ Regem vrbē  
Roma euersa nō esse. Ergo ne si dijs placet,  
constabit amor inter maritum hæreticum &  
catholicam vxorem, aut contrā? sic' ne erit ut  
eam Imperator noster appellat, socia diuinæ  
Coniunctio, quos nos separat diuina fides, que sit et  
Italiæ fratelli fratello frater in mortis, & patris filius.  
Si filij in partibus conseruant - sed si a - Ego partibus  
separari nec uide - ex parte - sed si a - sonis aliquantibus nos*

## PROFLIGATIO.

25

& humanæ domus? quæ hęc indiuidua societas contrariam gerentium in pectore religio nem? quī reuerebitur hæreticus filius catholicum patrem, quem impium iudicat apud Deū? nonne clamabit, obedire oportet Deo magis quam hominibus, & qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus? nec vlos tam arctis vinculis natura cōiunxit, quos non separet diuersa fides, quæ efficit ut etiam frater fratrem tradat in mortem, & pater filium, & filij in parentes consurgant. Quòd si a summo illo nostro capite C H R I S T O scandalisantem nos corporis nostri partem recidere & projcere iubemur, pedem, manum, oculum, etiam dextra, si occidere corporis nostri partem filium, vxorem, quæ est ista quæ nobis imperatur, impossibilis pax cum tēterrīmis quem nobiscū falso profitetur, hostibus vnicæ spōsę C H R I S T I, ac ipsius denique Christianissimi Regis? Admonet nos, scimus, Paulus cum omnibus hominibus pacem habere, sed quoad in nobis est, qui hanc accipere nisi læsa diui

G

na

quid pla  
mat pī

na maiestate non possumus. Nullis vñquam  
pacis conditionibus recte coibunt caro & spi-  
ritus, ritus, veritas & error, hæreticus & catholicus.  
Porrò quid illud est apud Paulum, Qui secū-  
dum carnem natus erat, persequebatur eum  
qui secundum spiritum? quæ illa persequen-  
tio? Hismaelem paulò amplius tredecim na-  
tum annos ludere cum ablactato recens Isa-  
aco in cōuiuio? nec enim aliam in scripturis  
legimus illius ( quanquam eum ferum ho-  
minem fore prædixisset Deus ) in hunc per-  
sequitionem. At tacitè forsitan Paulus sen-  
sit, quod postea nobis apertiùs suæ gentis  
Scribæ tradiderunt, non scilicet vñquam  
Isaaci corpus ab Hismaele læsum, sed quan-  
tum in isto fuit, animum, per certi ludi spe-  
ciem tenerā eius infantiā ad idolatriā præ-  
parāte. Erat circuncisus vterq;: quid ergo cla-  
mat per Saram Deus? Eijce ancillam & fi-  
lium eius, non enim erit hæres filius ancille  
cum filio liberæ. Sic non est æquum eodem  
iure in eodem regno tanquam in eadem do-  
mo hæreticum cum catholico viuere, licet  
vtri-

## PROFLIGATIO.

vtrique nomen gerant Christianorum, quan  
uisue natus ad clementiam Rex filiorum lo-  
co habere debeat quotquot sub imperio suo  
viuunt, à quo hisimul atque à fide defecere.  
Tulit ægrè vxoris in Hismaelem filium suū  
iram Abraam: verùm admonet eum Deus id  
non molestè ferre, sed exequi uxoris iussum,  
aut potius suum, ciuili inter fratres occurrens  
bello. Qui respiciens non ad Hismaelem so-  
lùm, sed etiam ad prodituras ex eo gentes a-  
lienæ à vero ipsius Dei cultu, & illud prouid-  
erat tanquam necessariò propter religionis  
diuersitatem futurum, Manus eius contra  
omnes, & manus omnium contra eum, &  
è regione vniuersorum fratum suorum fi-  
get tabernacula. Quod hodiè inter Catho-  
licos & hæreticos ethnicis peiores impleri vi-  
demus in hoc Christianissimo Regno.

Nec verò vt à Chaldæis idem Hebræi  
prodidere, fraterno primùm sanguine aliun-  
de maduit terra, quam ex dissidio circa re-  
ligionē inter germanos orto: parricida aliud  
nullum præter hoc homines manere seculū,

G ij nul-

HVGONEORVM TOLOSAN.

nullum futurum iudicem aut æstimatorem  
bonorum operum & malorū, qui hærefum  
huius temporis finis esse videtur, cæso fratre  
contrariæ affirmantibus. Certè non dubito,  
si Christiano Ouidio præcipiteretur hæc pax,  
pro suo responsum ingenio.

*Pax erit hæc nobis donec mihi vita manebit,*

*Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.*

Faxit Deus pater vt sublato quām primū  
edicto, vnde contra Regis mentem tot se-  
quuta mala, iterum in vnum ( quod Princi-  
pis verbis eius desiderant authores ) sed anti-  
quum cœamus ouile filij sui C H R I S T I, vt  
que abscondantur qui nos conturbant, & li-  
beremur ab importunis & malis hominib⁹.  
Publicato hoc edicto, iam non obscurè dis-  
simulanter ve vt antea, qui in eam religionē  
taciti nomina dederant, in hæresi ve delitue-  
rant catholicorum titulo ( si quis eos hæreti-  
cos appellasset, diem illi dicturi ) veterem &  
nouam simul fidem suam sunt testati, valde  
intereà dolentes exclusos se à præceptis in a-  
nimō templis. Ostentarunt tandem qualem  
intus

intus gesserant in Deum animum, sed non omnes, quiq; altiore loco positi non posse se retinere dignitatem cum publica impietatis professione videbant, periculosa metuentes aleam, & permutationem rerum, vt nulla vnquam stabilis fuit hæresis: quos noua religio euangelium quod deuorauerat vomuisse iactabat. A quibus Catilinis magis timendū quām muris ciuitatis à cuniculis, ne euertatur: quorum maximè autoritate freti inferiores tanta ab hoc edicto in catholicos superbia insolentiaq; caput extulerunt, vt vel istorum vilissimum nemo nostrūm non lacessere verbo, sed ne subtristem quidem vulturn in eorum trucem & horrendum iacere auderet, alioqui protinus ut seditiosus puniēdus. Quo pessimè detorto in nos nomine quod illis solis maximè conueniebat, multi iniquissimè damnati, torti, afflicti, hæc videbatur esse illorum hora, & potestas tenebrarū. Concionari publicè cœpit ad Montis-galiardi suburbium inter murum & fossam Nyordus scholastici auditoris institoris ve  
Cap. 15.

G iii habitu.

HVGONEORVM TOLOSAN.

habitu. Hunc primum habuit Apostolum ac fundatorem Metropoliseorum, ut sperabant ecclesia Tolosana, cum nec Viretum, nec Be zam, aliūm uetantilli nominis Antichristum huic trahere potuissent, prouidentes fortasse illos, quod magno euenit Dei optimi maxi mi beneficio, aut non facilē recepturam, aut non paſſuram diu Tolosam has sectas perdi tionis, præsertim propter Senatus maiesta tem. Nyordo socius in ministerio venit qui dam Molinetus prouecta ætate, quem olim ob insignia furta, altera minutum auricula, sparso in vulgus rumore (ex verōne, an quod ambas capillari tegeret) quia scandalum na scenti ecclesiæ visus est, mox concessit aliò. Accessit autem & Hispanus : tum paulò cæ teris celebrior Ioannes Cormerius, nunc mu tato nomine Barellus apostata Franciscanus: qui cum ante decem annos Burdegalæ mul ta erronea & impia disseminasset dogmata, tum in concionibus, tum duobus compositis libris à Burdegalensi primū, deinde etiam à Sorbonæ Theologorū collegio damnatis,

&

& à prioris vrbis Senatu ducta huiusc rei  
causa sacra solenni & purpurata pompa , in  
primario templo publicè à frequentissima cō  
ciōe à Dominicanu habita exultis, post ipse à  
suis captus, mox simulata pœnitentia dimis-  
sus, Apameas venit. Vbi licentiūs quām an-  
tea debacchatus , apprehensus sistitur Sena-  
tui Tolosano, auditūsque datur magni soda-  
litij patri, & syndico ad custodiam : quam  
arctiorem haud diu passus, per demissum ab  
ergastuli fenestra manu sua scriptum suppli-  
cem libellum , & à cuiusdam Senatoris no-  
tario exceptum, facile ab eodem Senatu am-  
pliatus intra vrbis mœnia, paratum ab egref-  
su curiæ sub prandium inter vtranque por-  
tam vrbis equum descendens , vale dicto  
fodali suo, Geneuam profectus, cucullam ab-  
iijcit, & ex monacho fit maritus, vel incubus,  
non vnius, sed plurium.

Duxit postremō , viduam filiam Lochi  
pharmacopolæ Agennensis : à cuius latere  
euocatur ad ministerium nouæ ecclesiæ To-  
losanæ , sub quadragesimam post edictum.  
*Cap. 16.*

G iiii Egit

HVGANEORVM TOLOSAN.

Egit continuò omnibus viribus apud Senatum syndicus ut submoueretur urbe tanta pestis, sed nihil non frustrà est conatus. Malo autem præter Molinetum ecclesiæ omni deputatum est, quod primum quem temere insederant (velut intra urbem contra editū) authoribus Vicario & Capitolinis, iussu Senatus mutare coacti, concionibus suis perpetuum, tandem locum delegerunt Infernum vocatum ad portam urbis nouam, Capitoliū versus, nec loge ab eo. Quo id consilio, queris? an non omnino suarum partium sciebat esse Capitolinos? quandoq; videbant diligenter solito obseruari à bonis urbis portas, suos à nocturno itinere furtim in concionem foris manè sese intrudentes, ab hac regredientibus in urbe hæreticis ciuibus velut domesticos immiscabant, dispergebantque per circuitum. Excitarunt ibi vastum latumque spheristerium, quod ut audio (nunquā enim vidi) ad quinque propè hominum milia capere posset. Vbi inter concionum initia Ioan nem Rosetū à Garda nobili loco natum imprudens

prudens vnus ex ferentarijs ministri satelliti  
bus Michael Meschardus librarius vita priua  
uit. Verterunt malignè huius facti inuidiā hę-  
retici in catholicos; iustissimè in Capitolini  
Dampmartinū prouinciæ propræsidē & Vi-  
cariū Portalē, qui cōtra Regis edita Senatus  
q; cōsulta cū armis pr̄sertim igniuomis cō-  
cionib⁹ assederat, cæsi pater & mater de mor-  
te filij dolentes. Arguitur captus à suis Mes-  
chardus, occidere voluisse ministrum de in-  
dustria, cum lusurus arcubusio commilitoni-  
bus prædixisset, Vultis ne videre quo illum  
afficiam metu? Rogatur in dura quæstione in  
Capitolio à iudicibus ardēti studio, quisnam  
ex Tolosanis ciuib⁹ illi in animum induxe-  
rit, à quo pecuniam acceperit, vt tantum sce-  
lus in sacro sanctum cogitaret ecclesiæ ipsorū  
caput. Petrus ne Pechius? (de his quærebant,  
licet scriptum non sit, aut certè audire cupie-  
bant, cum clam antè extra tormenta quæsis-  
sent) aut Assusius, à quóue catholicorū? dic,  
responde miser, cur vsque eò te affligi pate-  
ris? cur taces qui tibi id facinoris autotes fue-

H re?

HVGONEORVM TOLOSAN.

re? Negat, pernegat ille. sic elusæ furiæ. Baptizare cœperunt, nec ad euangelizādum à Deo missi, iungere matrimonia, sepelire suos Babylonis Geneuæ ritu. Multos infantes ad lauacrum ostentandæ causa nouę religionis nō solū pecunia redemerunt, sed etiam rapuerunt à reclamantibus parentibus, inscijs' ve, obtestantibus cum lachrymis matribus, ne ventris sui fructus, quem grauiter gesserat sub Sathanā C H R I S T Y M indueret. Natū cui-dam sarcinatori Teronda aduocatus cū Bro-cardi actuarij Præsidialis item hæretici uxore ministro abluendum obtulerunt. Pœnitens impietatis suæ pater baptizatum filium reofferendum catholicæ ecclesiæ donat Genelardo Doctori pietate feruenti. Ira percitus Teroda agit cum Jordane Præsidiali vicino proximo, ut infantis patrem tali quam nouę apostamatam religionis in carcerem mittat. Intruditur, in Capitolio. Nihil acerbum non decernendum erat contra illum, nisi Patres appellasset. Cognita Senatus causa, reum liberat: mulctam quoq; Jordani temerario iudici dixit

xit ducentarum libratum Turonēsium fisco,  
sexaginta vexato interpolatori. Multos certè  
**Christianos** pseudo apostoli auertissent à ca-  
tholica fide , quos in ea constantes retinuerūt  
pijs, assiduisq; concionibus sacri ecclesiastæ,  
præsertim toto iejunij decurſu. Nec defuit co-  
dem reuerendi senis Spiritus Roteri Domi-  
nicani, Inquisitoris fidei studium, multis ædi-  
tis elegantibus libellis ad confirmandas nuta-  
tes catholicorum mentes, à declamato quin-  
quaginta annis euangelio , iam voce defecti.  
Maximè verò enituit suavis & periucunda Al-  
bini Ceresij theologi eloquētia, refertāq; om-  
ni eruditione, & titillanti humaniorū literarū  
voluptate vox Gallica, Latina, Græca, ac cō-  
iuncta vītē sanctitas, cui tāta, vel à cōcionū ini-  
tio quotidiana corona astitit frequētis affluē-  
tis populi, quātā antea in metropolitana nū-  
quā æde vidimus. Omne tulit punctū qui mi-  
scuit vtile dulci, alter Chrisostomus in parabo-  
lis, quib⁹ C H R I S T V S regnū cœlorū docuit,  
vel Plutarchus, ditissimus, nō auri quod pro-  
nihilo habet, sed sciētiæ, sciētiæ inquam Dei.

H ij      Hunc

H V G O N E D O R V M T O L O S A N.

Hunc præ cæteris ministri & hæretici capitalli habuere odio, ut ad omnes eorum impetus ipse oppositam, nec minus prudentem quam perstringentem linguam, compositumque in id artificium verborum, quibus & connuentes magistratus notabat, & in illos inflammabat Senatum, à quo solo pendere videbat salutem Reipublicæ. Interea illius reliquorum que sanctorum præconum hortatu, tum innata per se Tolosanorum animis religione catholici omnium ordines ciues nihil prætermiserunt, quod ad placandam numinis iram & implorandam eiusdem Dei optimi maxi- mi misericordiam pertineret. Demissiores animi, prolixiores preces, largiores eleemosynæ, duriora ieunia, vota nuncupata: visuntur quotidie adorantur Apostolorum aliorumq; diuorum corpora sancta: frequentissimæ, & solennes certatim supplicationes, ductæ per urbem sacræ magnificentissimæ pompæ circumlato sacro sancto eucharistiæ sacramento, cum venerandis sanctorū reliquijs. Tum fremere noua religio, tum agir abie, tantam cer-  
nens

nens oculis pietatem, vt procedenti etiam  
 C H R I S T O clauerint Capitolij portas.  
 Obtestari Capitolini, Ministri, & reliqua tur-  
 ba, hæc omnia ad concitandam in se plebem  
 fieri religionis obtentu. Per similium speciē  
 rerum in multis vicinis vrbibus Castro Ar-  
 rio, Cadurci, Granatæ magnam æditam suo-  
 rum stragem à furente in eos populo Chri-  
 stiano<sup>ne</sup>. At senserunt postea insani homines  
 inimici crucis C H R I S T I, quām peruer-  
 so consilio damnent sacra ieunia, & vniuer-  
 sam simplicis populi fidem. Continuò nam-  
 que à quadragesima (quam ista occasione idē  
 Ceresius festiuè vt omnia, dixit, si summus es-  
 set Pontifex se tum duplicaturum, quòd va-  
 cuus venter pariat sobriam mentem & pacē,  
 plenus ex aduerso contentionem, & rixas) e-  
 bulliente plebis sanguine, cùm ad D. Michae-  
 lis in suburbio, quarto Nonas Aprilis, de-  
 functa lignarij fabri hæretici vxore, Curio, a-  
 gnati mortuæ, & vicini catholici corpus sa-  
 cro parœciæ cœmeterio dare vellent (quod  
 effecerunt) marito aliò efferre profano nouæ

<sup>Ao</sup>  
Cap.  
18.

## PROFLIGATIO.

religionis ritu parate, suosq; pro more armatos expectante ad mortuam refodiendam, signo à Michaelitis dato, magnóq; sublato clámore, accurrunt vndeque occyssimè populárium agmina cum qualiacunque ministrauit furor, armis. Vidisses reductas supernè pratenses terribiles falces, quæ viuum hominem medium secare possent (quo telo Huganeonem mulierem postea peremere) erectas secures, ferreos vngues, legíssimos vncos, quibus dilabentia per Garunnam ligna retrahere solēt, falculas, ligones, collectos ad pluendum lapi des, subitò direptas ad quatuor hæreticorum suburbiorum domos, denique iam horribilem rerum omnium faciem. Trepidatum intra urbem quoque, non audentibus in mediū prodire Capitolinis, quorum maximè iugulū petebat ardens illorum odio vulgus. Non defuere suo, eorumque officio Patres. Selecti ex ipso ordine Alzonius & Lauselergius cōfessim purpurati in suburbium egressi ad compescendam motam plebem, eam in Senatus potestate esse iubēt. Post cum Cognardo &

Bur-

Burgo collegis in Capitolium eunt, quò cùm  
 Capitolinis tanquā ad asylū armati hæretici  
 refugerant, qui non paruo fuere terrori Patri  
 bus. Eliciuntur inde tandem plusquā quingen-  
 ti, proceduntq; per vrbē cum purpuratis con-  
 scriptis, & Acezato, ac Ganelone Cōfūlibus  
 solenniter edicentibus, ambarum partiū om-  
 nes arma ponant. Ad palatium vſq; progres-  
 sis, clausa vrbis porta, egredi in suburbanos  
 nihilo inferioribus animis, quāquā nō parib;  
 armishostē opperiētes enitētibus, simulātibus  
 ve cū nō datur, sibi nimiū timētibus à populo  
 Capitolinis, vnū, alterū ve ex Michaelitis ferē  
 tarij hæretici incautos, è portę propugnaculo  
 perimūt. ab hoc ipetu fese vtrīq; receperē sub A°  
 vesperā. Cōueniūt postridiē ad recognoscēdū  
 cōstituēdūq; ciuitatis statū in Augustinēsiū ē-  
 de, ex Patrib<sup>o</sup> Māscallus, à Paulo, Daffis, Fa-  
 ber, Pr̄esides: Ariac<sup>o</sup>, Rayneri<sup>o</sup>, Alzoni<sup>o</sup>, Co-  
 gnard<sup>o</sup>, Lauselergius, Burg<sup>o</sup>, Senatores: Bern.  
 Vabresi<sup>o</sup>, Senescall<sup>o</sup>: Cedr<sup>o</sup>, Acezat<sup>o</sup>, ganelo,  
 Pastorel. Capitolini: Alefi<sup>o</sup>, Borderia, Babut<sup>o</sup>  
 Terōda, Faber, Petr<sup>o</sup>, Aduocati: Lana, Pechi<sup>o</sup>

H iij Ma-

Cap.  
19.

HVG ONE ORVM TOLO SAN.

Madronus, Marnacus, Pratus, Sala, omnes  
viri Consulares, excepto Petro nulla adhuc  
publica authoritate functo, sed cum alijs no-  
uæ religionis consiliarijs in hunc cœtum pro  
tempore admisso, quò firmius vniuersos tene-  
ret, quod cōmuni manu salutis publicæ cau-  
sa cerneretur, fortè in irritum cœsorum istis  
contemptis. Prouisum maximè, edictumque  
ex Senatus authoritate, ne vt solebat, magna  
ciuium offensione, noua religio armata per  
urbem incederet, siue ad stipandum ad con-  
cionem gradientem ministrum, siue mortuos  
suos efferendos, aliâs' ve: tum ne amplius in  
Capitolium irruerent, aut quicquam fieret  
contra Regis edicta. Denique ne (quod hor-  
rebat noua religio, catholici verò, & ecclesiæ  
inermes, magnum sibi in eo præsidium ad-  
uersus hæreticorum vim repositum statue-  
bant) quisquam, quá ve occasione, signū cam-  
panæ daret noctu, interdiú ve, & si quis id au-  
deret, exemplò viuus vreretur: quod & sæpè  
anteà à Paulo Præses, & Faber Archiepisco-  
pi Vicarius Præsidis nepos, eius, & primi, vt  
dice-

dicebat verbis, Capitolini, & cæteri magistratus studiosissimè vetuerant, potissimum monachorum collegijs, in malam ab ecclesiasticis & populo acceptum partem, vt ad hostiū spectans gratiam, & periculum bonorum. Quid enim, inquiebant, si vestra domus ardenter, num velletis repente signum dari, vt accurreretur? nobis ne vita nostra, aut domus Dei minus chara vestris fortunis esse debet? quorum iugulum ab illis petitur, & ecclesiarū sacraria: etiām ne hoc vultis ultrò præbeamus inimico sanguinē nostrum sitienti, omnibus à Capitolini exuti, nudatique armis? Nihil ad hæc, præter quam nouam religionē in magistratum potestate fore, ne timeant.  
 A. Occiderant & ipsi suburbani ira calentes foris Huganeonem, hunc à D. Michaelis ad S. Saluatoris prosequuti, vbi à Capitolini & noua religione capti ad quinquaginta, & inter hos etiam presbyteri multi, sacris albis ad huc induiti vestibus, à vesperis è templo rapti in Capitolium. Ad decernendum acrius in eos iudicium, celeriter conuenere eò cum Ca.  
Cap.  
20.  
 I pi-

HVGONEORVM TOLOSAN.

pitolinis, assessorib<sup>o</sup>q; Senescalli, piudex Nupti<sup>o</sup>, Lupi<sup>o</sup>, Iaubert<sup>o</sup>, Caumell<sup>o</sup>, Præsidiales: à Paulo subuicari<sup>o</sup>, & alij. Atq; habita de vno frustra appellato Senatu quæstione, sex subito è pauperioribus morti addicūtur. At nō pronunciata sententia nisi priùs tentata Curia à Nuptio, Lupio, Caumello, Paulo, Mandinello & Dareo Consulibus. Sonuerat iam decima, cùm hi in Senatum introducti sexto Idus Aprilis, ostendunt summam se habere in seditiones, in quos diligentissimè quæsierint, iudicij potestatem ex Regis edicto pro noua religione promulgato, at ne quid tandem argui possent, antè referre ad Senatum voluisse. Patres, exceptum à se disertè prouocationis beneficium respondent, vbi præsens Reipub. necessitas id exigat, quanta se h̄ic præsertim offerat, vtraq; religione ab hoc iudicio ad armas spectante. Pœnitet retulisse, seq; cum collegis acturos obtestantur. De quorū sentētia reuersi à prandio in Senatū Nuptius & Dareus negat prouocationi deferre in animo esse: quando maximè Ruchonus simili in negotio illā

spre-

spreuerit (à Ruchono damnatus hereticus erat) id quoque minimè passura noua religione, multa scholasticorum turba Capitolii ob sidete, & vim minitāte, nisi protinus sumatur de reis suppliciū, ne fortè & hi impunē abeāt, quemadmodū & illi, quos ante annū cædis Motæ à prædecessoribus Capitolinis damnos Curia adhuc apud se integros asseruet. Ad hæc Patres, nihil illos cōmoueri debere scho lasticorū vanisq; populi vocibus contra reorū innocentia, si qua eos subleuet. Igitur damnos cum omni iudicij instrumēto, vt magnus Regis procurator petierat, ad Curiā adducāt, breui confirmaturā iudiciū, vt ritè recteq; factū erit. Adductis, haud tam sacro sancta Senatus maiestas nouæ religioni fuit, quin sicut Capitolio, ita & in palatio frequentissima instaret, circum volitans, ac propè etiā in voces prorumpens, ad retrahendos terrore Patres, ne quicquā de lata in miseros capititis sentētia mutarēt. Duobus mortis pœna remissa: quatuor sibi permisso Capitolini comitāte Iau berto singulis furcis quatuor fori vinarij anguis altè defixis appendere. Iij Mā-

A<sup>o</sup>  
Cap.  
21. HVGANEORVM TOLOSAN.

A<sup>o</sup> Mansit dehinc satis quieta ciuitas, donec minister Barellus post allatum de Ducis Guisij in aulam reditu, suos partim sermonibus priuatis, deinde publicis etiam concionibus inflam maut ad capessenda tuendo euangelio arma. Quod non nouum nunc à se, Caluinóve plantari, sed olim ab Apostolis satū, à Romanis Pontificibus propè extinctum, hoc seculo reuiuscere cœperit. Reponendam iam non in solo Dei verbo, sed in ferro quoque & manu vniuersam ecclesiarum singulorūmque salutis spem, nec ullum expectandū amplius Regis edictum, nisi ad suam omniū perniciem, & internacionem, sacris sigillis, atque adeò ipso penè sceptro ab euangelij hoste receptis, cunctorum pietatem sectantium fortunis publicandis inhiante. Sic submonuisse per literas, se & cæteras ecclesias ab aula magnum, cui aut Guisano Franciæ finibus sit nō sine bello, citrāque sanguinem decedendum. Nihil audiendum deinceps Regis editis, dū puer est, & à veræ regitur inimicis religionis. obtestari, post hac haud seiturum in concio-

nem,

## PROFLIGATIO.

nem, nisi trecentis stipatum ferentarijs, quam id Senatus ex edicto vetuisset. Hispanus quoque minister eiusdem foras ab urbibus Christum clamitabat & intus restituendum. His facibus accensi Salxius & Sauxentius duces, magnus religionis promotor Annetus, Fossatus, Georgius Fortis cultellarius, huius gener, alijque primores factionis cum deliberassent de inuadendo Capitolio, de monachis & omnibus sacris hominibus urbe exi gendis, expilandis templis (recognitionis nomen obtenebant praetiosarum in his obser uatarum ab ipsis rerum, nunquam reddituri) cogendis in ordinem magistratibus, & noua Reipublicae forma Tolosae constituenda, cō festimq; in id acciendis finitimarum ecclesiarum auxilijs: ea consilia ad tum forte agrotan tem Vicarium Portalem Salxius detulit, probarique ait omnibus: se euocandas Vasconie ecclesias suscepisse, Sauxentium Lauraguesij alias: ille periculosam iaci aleam è lecto respondit, formidandum esse vigilantem Senatum, cum ab hoc subito accersenda nobis

H V G O N E O R V M T O L O S A N.

litate: non satis adhuc ipsis accessisse viriū ad tantam sustinendam molem, cui haud decem millia sufficient hominum armatorum: cunctandum, cognoscendū antē quī res se in aula habeant, quis illinc ventus reflet. Excubabant ibi pro noua religione: vt plurimū Periotus, Borneria, & alij multi, multis magnis ē Tolosa fautoribus, nunc iunior Laissacus. Impatientes moræ, Salxius Fossum Apameas mittit, Fuxum, Maluicinum, & circunieetas synagogas: Sauxentius, Annetus, P. Caugnes, Georgius, & gener, nothus Colomerius reliquias sollicitant. Minister Barellus dat ad omnes literas quibus obsecrat, ne firmandæ stabiliendæq; tam insigni nouæ religionis metropoli Tolosæ desint. Annetus nullū officium, nullum tam vilem recusans laborem quo crescere possit Caluini fides, venturis hospitia per urbem designat pro cuiusq; fratribus ciuium charitate, atq; opibus. Duo milia expectabantur. primū circiter quadrinquenti celeriter adfuere, per hæreticorum domos dispersi receptique.

Ha-

## PROFLIGATIO.

(36)

A<sup>o</sup> Habitum postea apud Portalem concilium in quo assedere Barellus, Sauxentius, Theronda & Faber Aduocati, Mazellus, & Ruffus procuratores, P. Cauagnes, Pratus Rogerij filius, & quædam scholæ iuuentus è collegio Catherinæ. Ingressus postremò Salxius venisse nouam ab ecclesijs Vasconiæ manū, quam volitare per urbem è re non sit, Senatus metu: iuberent igitur statim intra tecta collocari, & curari, dum ampliores foris copiæ coguntur. Vicarius de concilij sententia præsentia auxilia recipi, quod amplius expectatur, renuntiari iubet. Præcipitata esse ista consilia: seruandum de aula, inde prælucere oportere quid agendum, operiēdum nuncium. Surgit tum velut contempta sua in ecclesiam diligentia iratus dux, & vaccas appellans, consilium relinquit. Cauagnes eum prosequutus, ab ædium exitu intrò præcibus retrahit, quem minister lenibus verbis de iacta in Senatum religionis cōtumelia castigat: non desperandum, quod præsens fortè aggredi nō patiatur tempus. Portalis facilem

I iiii

me-

HVGONÈORVM TOLOSAN.

mereri veniam in consilijs offensiunculas, & lubricum linguae à non malè affecto animo proficiscens. Ille haud parem labori suo, & acri in rem Dei studio haberi ab ecclesia Tolosana gratiā, cui propè nullo emolumento serviens, magna cum milite suo alibi facere stipendia, alij' ve ecclesiae præesse vberiore fru-  
ctu in promptu habeat, si velit. Ad quod Portalis, si abeat, non ideò desertam iri ecclesiam Christi, mox suscitaturi alium loco suo. Recōciliati tandem, sibi ab inuicem timentes, ne proderētur. Terruit prima facie illos tum cōcioni intētos, simul & nos, quædam suorum turmæ Fuxo & Pamijs manè Tolosam appellentes, ab eisdem huc accersitæ, donec agnitis iunxere dextras. Colligebat hīc pro Rege milites Bazordanus: Id ad inuidiam sui spectare noua religio, & insidias sibi eo colore tendi à catholicis in Senatu queritur per Capitolinos: addentes non licuisse id duci cōtra ius singulare ciuitatis, cùm priūs ipsis se non insinuasset, & sub militum Regis nomine fraudem fieri edictæ à Senatu Xenelasiae posse.

posse. Declarant patres non impediendum in suo officio ducem, sed conscribi ab illo militem iubent extra muros urbis. Interea tympanistam Capitolini in carcerem detruserant, à quibusdam hereticis publicè Iesum etiā tympano tanquam in Regis odium dirupto, sed mox liberatur eiusdem Senatus iussu. Nihil minus in votis habebant, quam xenelasiā perfidi Capitolini, à suis sibi ciuibus timētes, ut illis meritò exosí atque infesti, qui tantam extrariorum hereticorum & perditorum hominum fecem inuexerant ad orthodoxos vexandos ac diripiendos, ad expilanda templū, ad conculcandum pedibus Christum & sanctos. Quorum facinorum in eundorum caput inuasio Capitolij variè ante deliberata, tandem statuitur apud eundem Portalem sub mediā quadragesimam, eo loco coactis Nyordo ministro, Salxio, Sauxentio, Sopete ducibus: Teronda, Carpenterio, Bartholomæo Præposito, Comite, Butino pharmacopola: Tolosa & Sperando scholasticis: Arquerio aurifice, Vascone fabro lignario subtilioris operis. Iussis

K singu-

<sup>Ao</sup>  
Cap.  
23.

singulis eius consitij decretum communicare omnibus, præsertim magnis, quibus cunq; illud probare possent. Duces euocandum recipiunt Arpaionem electum religionis protectorem, ecclesiásq;: alij acturos se cum multis senatoribus, qui id eatenus sibi placere respó dent, si incruentū exire queat, hoc est, si ignis calidus nō sit. Nihil magis ipsis doluit, quam vbi videre obfirmata præsidij fana, quod serò à Senatu concessum est, cùm iam diu omnes priuatim suis domibus cauissent pro suis quique facultatibus, alij ab alijs diuersæ religionis obseSSI. Tum fremere huganeo ereptā sibi prædam è manibus, frequenter apud Patres falsò per Capitolinos questi de insolētia in se sacrorum præsidiorum vt remouerētur: per custodiendorum templorū speciem excitari armariq; plebem in nouā religionē. Respondetur Consulibus, primū toties eis iunctā à Curia xenelasiā exequātur, exigāt vagos & errones vrbe, ponat arma noua religio: è templorū præsidij nihil eiusdē religionis hominib' periculi creatū iri. Nulla humana cau-

tio satis esse potest perturbatis errore metib<sup>o</sup>.  
 Illi enim viij. Idus Maij per Mandinellū & Acezatū in Senatū introductos in pomeridiano selectorū cōfessu, aperte denuntiant, haud quaquā se sequuturos Patrū fidē: cōiurasse enī illos in caput suū nec posituros se arma, nec externa præsidia dimissuros, ni antē suis tépla denudetur. Patres, mirari se nouæ religionis audaciā, cōtemnīq; ab illis iustitiæ maiestate, ac tam prauā de se ab ipsis cōceptā opinionē.  
 Conueniāt igitur illos iterū Capitolini, horteturq; in Senat<sup>o</sup> potestate sint, sibi illorū salutem iuxta, ac catholicorū curæ semper fore ex Regis editō. Dum dimittūtur, Acezatus, co-  
gitaui, inquit, Patres quandā inīri posse ratio-  
nē huius sedādi dissidij inter vtranq; religio-  
nē: eam attigit breuiter, quam infrā recitabo:  
quæ vt sapere aliquid Patribus visa est, habita  
femotim deliberatione, iubent Capitolinos,  
quarum pacis conditionum authores esse ve-  
llint, illas prescribere, easque ad Senatum re-  
ferant in proximum, alterum' ve diem: In-  
terea, quando nouæ externorum manus,

K ij vel

85. HVG ONE ORVM TOLOSA N.

vel eo ipso die mane intra urbem irrepsisse fe-  
rantur, dent operam ne quid detrimenti Res-  
pub. capiat. Eodem die vt domū à Senatu re-  
dijt Mansencallus præses, accepit literas à  
Montluco & Terrida torquatis sacri regij or-  
dinis equitibus, cum alijs literis ad Montlu-  
cum Aureliano missis, admonentibus de fi-  
de à Lanta Capitolino Aureliani data, deden-  
daq; Tolosa vrbe ad idus Maij, quod vt ex-  
equatur, citissimè huc reuolasse. Lectis literis,  
protinus ad se euocatos nonnullos de Consu-  
libus obiurgat, vt par erat, acriter : Quænam  
vestra in vestram Rempublicam fides? agno-  
scite quanto in præsenti periculo versetur ve-  
stra sociorumq; culpa. Confidere postridie  
qui fuit Dominicus præter morem mane in  
Palatio idem Mansencallus, à Paulo, Daffis,  
Latomus præsides: cum selectis octo Senato-  
ribus, deliberaturi pro salute urbis. Et accer-  
fitos Capitolinos Dareum, Acezatum, Gane-  
lonem, qui cum Pastorello id horæ concioni-  
assidebant in primario templo, ( quanquam  
eius parœciæ non essent) cum pallijs & Con-  
fula-

fularibus insignijs, religionis ne ergo, an para  
tæ prodictionis consilia dissimulātes, primum  
propositas ab illis heri pacis cōditiones è scri-  
pto reposcunt. Respondent, primores nouæ  
religionis quibuscum egerint, satis inclinare  
ad xenelasiam, nondum tamen omnino de re  
statuisse inter se, sed planè decreturos ante  
diei finem. Deinde obijciuntur eis agitata à  
collega consilia de dedenda vrbe. Id verò fru-  
strâ moliri Lantam aiunt, si tantum concepit  
scelus se Consulibus eius socijs: paratos se se  
si necesse Patribus videatur, subitò validam  
cogere manum ad custodiā defensionemque  
urbis, præficiendis idoneis ducibus, quos Se-  
natus volet. Dimissis, Curia ad Iucundanum  
occitanum Regis legatum celerem cum lite-  
ris mittit, vt intelligat quo loco res Tolofanæ  
Regisq; sint, sciens quid sit suę erga Principē,  
& suam prouinciam fidei. Datum simul præ-  
sidi à Paulo negotium agendi cum primori-  
bus ciuium, vt quos nuper detulerant vltrò,  
paratos ducentos in armis habeant. Cognar-  
do senatori, vt ecclesię validioribus præsidijs

K iij firmen-

HVG ONEORVM TOLOSAN.

firmentur. Montlucus & Terrida crebris literis & nuncijs sollicitatur, vt in tanto primùm ab eis animaduerso vrbis periculo auxilia maturarent, properarentque ipsi. Evidem

<sup>to</sup>  
<sup>cap.</sup>  
<sup>25.</sup>  
<sup>ce chap.</sup>  
<sup>en de</sup>  
<sup>23. de</sup>  
<sup>la traduction</sup>  
<sup>nun le</sup>  
<sup>miliu</sup>  
di exemplum apud profugum Cedrum in puto  
teo inter alia multa repertum literarum Theo  
dori Bezæ septimo Id. Aprilis, ad ecclesias  
Tolosanam, Albiensem, Montis albani, Ca  
strensem, & vicinarum vrbium, quibus ro  
gantur, vt quam celerrimè nouæ religioni  
suffpetias ferant militum, pecuniæ ve, réque  
in præsens ostendant, qua sint in euangelium  
Christi fide. Secundùm has literas, ex indi  
cto vniuersis eclesijs ducentorum millium  
aureorum tributo Tolosana quatuor millia  
contulit. Mille & quingenti apud Moyne  
rium Barelli ministri hospitem numerati &  
missi, reliquum collybo curatum. Recepta  
contemptim pecunia contributióque à Fa  
bro Cazanoua Tolosano, & Seraphino Po  
dio Parisiensi, quasi multò minus, quam pro  
ecclesiæ Tolosanæ dignitate, quam Vabrensis  
& aliæ inferiores liberalitate superarent. Re  
cepta

cepta tamen, Aurelianumq; perlata à Fabro  
nunc exule eo maximè nomine à Senatu dā-  
nato. V. Idus Maij mane toto coacto Sena-  
tu noua religio hæc pacis cum Romana capi-  
ta per Acezatum obtulit, ab ipso, & Rogerio  
Prato, Anthonio Croseo, ac Capo Capone  
Florentino, huius manu quā postea recogno-  
vit, Gallicè perscripta, at nullius chirographo  
obsignata. OMNES magistratum vrbis or-  
dines, summi, medij, inferiores, Senatus, pro-  
uinciaꝝ præses, Vicarius, Capitolini utrunque  
pariter religionem ex promulgato Regis edi-  
cto: metropolitanæ sedis, item Abbatis D. Sa-  
turnini magni Vicarij, Archidiaconi, Cellarij  
Syndici singularē ad id totius collegij utriusq;  
autoritatē habētes, magn⁹ Prior S. Ioānis Hie-  
rosolymitani, ei⁹ ve vicari⁹, Cōmēdatarij duo  
digniores, syndici & procuratores ei⁹ ordinis  
cū speciali ad hoc potestate à toto ordine acce-  
pta, suo & toti⁹ ecclesię Tolosanę nomine, om-  
niūq; ecclesiasticorū siue regulariū, siue secu-  
lariū (irregulariū scripserat, nescio an p iocū)  
R. Alesi⁹, L. Bordetia, I. Babut⁹, I. Maurellus,

HVGANEORVM TOLOSAN.

I. Genelardus, L. Vrdesius, I. Calmōtia, B.  
Supersanctius, Iuriscoss. in Senatu Aduoca-  
ti: A. Tornerius Procurator, P. Pechius, am-  
bo Madroni fratres: I. Roguerius, Rapista-  
gnus Colomerius, B. Aquaplanus, G. Do-  
lionus, G. Lana, I. Bole, B. Cere, I. Susius,  
I. Berardus, P. Belinus, P. Gargasius, F. Ban-  
dinellus & G. Malbertus, catholici Tolosani  
ciues suo & omnium catholicorum nomine  
in suam fidem & tutelam recipiāt Ministros  
& sectatores nouæ religionis: Et vicissim ipsi  
Ministri, Gulielmus Flote, Blanchardus, Per-  
cinus, Borneria, Amanuenses Regij: Bernar-  
dus Traynerius, Ioannes Teronda, Ioannes  
Faber, Ioannes Terloneus, Bernardus Punif-  
sonus, I. Crosetus, Ioannes Petrus, I. Cap-  
danus, Ioannes Carpenterius, Michael Mo-  
lietus, Oliua, Ioannes Annetus, Santerra Co-  
mes, Bernardus Gayralustogati: Rolandus  
Præpositus, Ioannes Mansellus, Antonius  
Scapius, Hugo à Costa, Antonius Podius,  
Procuratores: Ferrerius, Durantius, Monber-  
tus, Caiarcus, Patritius, medici: Rogerius Pra-  
tus,

tus, Antonius Brunus Sala, Petrus de Noz  
Malceficas, Petrus Thoronus, Blasius Drul-  
lius, Ioannes Garaldus dominus Vineæ vete-  
ris, Petrus Drocus Mondoilus, P. Rabau-  
dus, Stephanus Ferrerius, Antonius Crosus,  
P. Collus, Dionysius Bayletus, Geraldus La-  
ranus, Petrus Gorrea, Stephanus Raynaldus  
Ioannes Chamaion, Dominus Morani, Ioan-  
nes Robertus, Gabriel Soleus, Capo Capo-  
nus, Iacobus Lancea, Ioannes Galterius, An-  
tonius Botinus, Gaspar Pelicerius, Ioannes  
Baylius, Ioannes Bonencontrius, Gulielmus  
Capmasus, & Ioannes Gilius, suo & vniuer-  
sæ ecclesiæ nouæ religionis nomine eandem  
catholicis illorumq; ecclesijs fidem præstent,  
ad eamq; persanctè præstandam vtriusq; spō  
fores partis omnes fortunas suas deuoueant,  
ponantur vtrinque arma, omnia tum templis  
tum priuatis domibus præsidia decedant, ab  
omnibus deducantur locis, abeat miles & ad-  
uena, cuicunq; militabant studebant ve parti  
vrbe & suburbij intravigesimam quartam  
horam, à qua si subsistant furcam subeant, pa-

L teant

HVG ONE ORVM T O L O S A N.

teant dehinc quatuor aut quinque tantum ciuitatis portæ cum custodibus ex vtraque religione, sit inter vtranque perpetua pax sine æmulatione & rixis. Ab his tabulis Terloneus, Punissonus, Rabaudus, Bailetus ante bellum an postea, nomina sua inter nouos Christianos, hoc est hæreticos, relata induxere: quos de hoc auditus à Curia post seditionē captus, mox dimissus Capo, ideo illos immiscuisse nouę religionis hominibus testatus est, simul & Traynerium, medicum Ferrerium, Thoronum, Drulliū, Garaldum, Rabaudū, Collum, Raynaldum, Pelisseriū, id secum ab infelici euentu expostulātes, deniq; & seipsum non quòd ipse, illi ve(vno fortè Ferrerio excepto)vnquā à fide catholica descissēt, sed in sanctissimā rem pacis, & cōmune ciuitatis bonum eos secū & alijs sua studia nō detrectatu ros sperās. At, quid igitur illos in catholicorū potius parte non reponebāt, ipsiuem etiā expūcti, viso ante bellū vt putat Capo scripto, nō sese orthodoxis iuxtere ad componendum turbidum statum ciuitatis & religionis? dubiū ne

biī ne, solī ve futuri ociosi spectatores, tot oc-  
cupatis, aut induturi Theramenis cothurnū? præsertim Terloneus & Punissonus viri Con-  
fulares, contra Solonis Legem, qua qui scissa  
per seditionem ciuitate neutri se parti addixe-  
rit, eum in ærarios voluit referri. Perpetuos  
adiuncta charta portarum custodes designat,  
Palatinæ Pechium & Pratum: D. Stephani,  
Roguerium & Ferreriu: Arnalbernardi, Su-  
sium & Salam. Bazacli, Belinum & Bailetū:  
Pontis primę Madronum iuniorem & Mō-  
dozilum: retrahendis sub noctem cathena  
ferrea & serata nauibus, quaqua versus in-  
gressum vrbis præbere possunt, præficiūt Ma-  
dronum seniorem & Drullium. Huiusmo-  
di tanquam parallelis administratur iam diu  
Franciæ Respubl. ex omnibus ordinibus, in  
omnibus publicis functionibus, hæreticos ca-  
tholicis confociando pari potestate, authorita-  
téq; præsertim ubi versatur religio. Lecta in  
Senatu perscriptæ pacis formula, accersi Ca-  
pitolini per Bodeletum Apparitorem Pa-  
tres iubent, qui in Capitolium profectus vnū

L ij tan-

<sup>et</sup>  
Cap.  
27.

HVGONEORVM TOLOSAN.

tantum illorum inuenit Montesquium, alijs  
aliò dilapsis. Introiuit sub eandem horam in  
Curiam Vabresius Senescallus, per speciem  
boni & vigilantis magistratus, eam commo-  
nefacies de periculo vrbis ab externorū mul-  
titudine, ac parum diligenter à Vicario & Ca-  
pitolinis, se necessariò Granatæ absente, quā  
& ipse illis iniunxerat, xenelasiam. Iubent Pa-  
tres, in tanta rerum perturbatione, & formi-  
dine ciuitatis ipse ab vrbe ne secedat. Totam  
præterea suæ prouinciæ nobilitatem benefi-  
ciariam Regis, postridie coram se coitaram,  
recognitam intra eandem urbem sistat Sena-  
tus verbis, donec aliò Rex euocet illos, si te-  
merè discedant, contra Regis iussum & iusti-  
tiæ maiestatem esse facturos. Consedit rursus  
à meridie vniuersus Senatus, euocatiq; iterū  
Capitolini: & introductis Cedro, Dareo, Ace-  
zato, rogantur à quibus dictas pacis prescrip-  
tiones accepissent à nemine subscriptas. Re-  
spondet Acezatus, heri sub vesperum se do-  
mo absente in vrbe, vxori datas, à quo, iurat  
nescire. Iubentur interminata lesæ maiestatis

pœ-

pœna, omnino caueant ne quid detrimenti  
Tolosana Respub. capiat, ne quid iam vt an-  
tea, dissimulanter, simulatè ve agant, xenela-  
siam promptè exequantur, colligant vires vr-  
bis, præficiant Capitolio, vbi repositum totū  
ciuitatis robur, viros spectatæ fidei: ituros il-  
luc ex Patribus, præfuturos consilijs de om-  
nibus rebus publicis capiundis: ac quādo (vt  
audiunt) noua religio celebrandæ suæ cœnæ  
pentecostes proximè designauit diem, quod  
externorum multitudinem in urbem trahere  
possit, & ciere tumultus, ne id fiat, omni ope-  
ra contendant. Recipiunt per Cedrum alaci-  
bus vt præferebant animis, quantum nunquā  
antea, strenuè omnia se imperata facturos, vo-  
cemq; Curiæ sequuntur: impedituros cœnā,  
etiam oppositis tormentis quā eius rei causa  
noua religio coitura est: coacturos paruo mo-  
mento quadringentos armatos ad defensio-  
nem urbis, haud suspectos hæresis, cum catho-  
licis quatuor ducibus: electuros quoque duo  
decim sexdecim' ve orthodoxæ fidei ciues è  
primoribus, assessuros sibi à consilijs, quorum  
L. iij. consi-

HVGONEORVM TOLOSAN.

consiliorum caput atque authores sibi esse Patres summoperè cupiant, orantq;. Atque ut ex animo cuncta se hæc polliceri Reipublicæ intelligatur, produnt ex tempore militarium ducum quos optent, nomina, Bazordanum, Caunium, Clarmontium, Trebuntium. Ex nobilioribus & probatissimis ciuibus Alesium & Babutum Doctores, in Senatu Aduocatos insignis nominis: Accursium Bosquetum Ifartiorum dominum, & I. Roguerium: P. Pechiū & P. Cosium: I. Lanam & Gestem: Mandonum seniorem & B. Laurum: cæteros, nominandos per collegas. Electi à Curia ad Capitolij consilia Præses Faber, Alzonius, Solerius, Foresius, Papus, & Burgus senatores. Ex his in Senatu actis, è vestigio renuntiatis nouę religioni, siue per Capitolinos, siue è Senatu ipso, s̄esit Huganeonica factio fracta iri sua consilia, nisi maturarent, nec iam qualescunq; vires habeant, ullam interponēdam moram. Occupant igitur eo ipso die sub noctem Capitolium armati, Ministri Barelli impulsu, Salxio, Sauxentio, Sopete, natu maiore Pino ducibus, authoribus Capitolinis, quatuor ex

A.  
Cap.  
28.

~~ad pacis  
conditiones  
in egypto~~

his siue vi, siue sua sponte secum inclusis, Da  
 reo, Mandinello, Ganelone, Montesquiuo.  
 Tres ciuitatis portas inuadunt, nouam, quæ  
 nūc sæpius Ministri appellatur, Mactabouiā,  
**A**rnalbernardum: tum proximum collegium  
**D.** Martialis, Catharine, & Petragoriorum, ac  
 quicquid circunie&tū primo impetu possunt.  
 Territus cum populo Senatus edicit, pro Re  
 ge omnes suaq; ipsorū singuli salute & Tolo  
 se vrbis arma capiāt, adfītq; in palatio. Simul  
 subitō remoueri iubētur oīum tabernarū vñ  
 bracula, ne sub eis latere tut<sup>o</sup> Huganeo posset,  
 vtq; tota noctu vrbē è fenestrīs lumē in vias  
 refulgeat. Mittūtur quoquo vers° in fīnitimas  
 vrbes & oppida celeres, si qua hosti adueniē-  
 tia vnde cūq; auxilia obseruauerīt, oībus signo  
 coactis virib<sup>o</sup> ea frangāt, dissipent, cædāt. Nec  
 postrema cura fuit magnam tormentarij pul-  
 ueris vim in Bazacli asseruatam turri citissi-  
 mè ad palatiū transferre. Prouisum quo-  
 que Regis ærario, vt in tuto esset. Cui par-  
 centes interea Patres, publica vrbis pecunia  
 ab hoste intercepta, deficiente belli neruo,

HVG ONEORVM TOLOSAN.

Vrgentibus negotijs ipsi de proprio præsen-  
tem opem tulere. Mansencallus præses statim  
viginti aureos depromit, alij Præsides duode-  
cim, singuli Senatores sex. Deinde cùm non  
omnia per se publica munia obire possent, in  
proditorum locū fiduciarios Consules creāt  
*fin hoc  
casu finiu  
avisi semper  
commissionem  
utruq  
vocabat*  
magno populi applausu, gratulationēq; , vi-  
ros Consulares spectatissimæ virtutis Alesiū,  
Borderiam, Sanctofcelicem, Clapesium Co-  
lomerium, Lādelam, Lanam, Madronum iu-  
niorem, & Gastonem Pinum. Concurritur  
vndique in palatium tam alacriter quàm cele-  
riter ardentibus in hostem animis, quāquam  
non æquis pro eo tempore viribus, auerten-  
te religionis studio, & in Principem suum fi-  
de à catholicorum ciuium mentibus magni-  
tudinis periculi cogitationem, velut pugnatu-  
rorum Andabatarum more clausis oculis, vel  
*le vere  
de ce chap.  
non pay  
doy la  
transnotam*  
in solo nomine Opt. Max. Dei. Qui nisi è cœ-  
lo vt tā tenui & tumultuariæ manui acres ac  
promptos spiritus attulit, ita subinde oportu-  
na auxilia misisset, quæ erant reliquæ nostræ  
humanæ vires capto Capitolio? maxima &  
mu-

munitissima ciuitatis arce, vbi infinita omnis  
generis per multos annos reposita, magno  
sumptu parata belli instrumenta, vbi igniuo-  
mæ terribiles machinæ, ac tota vis armorum,  
vnde primum petendum defendendæ consi-  
lium vrbis, quæ parum abfuit, quod de Ro-  
ma Horatius cecinit, quin rueret suis afferua-  
tis eo loco viribus. Etenim si cōtinuò ad por-  
tas in nos adfuissent omnes aduocatæ ab ho-  
ste copiæ, nudis propugnaculis an non fru-  
stra clausas tenebamus? intra quas si vel soli  
recentes inflammatiq; se se initio toto agmi-  
ne per vrbem coniurati ciues effudissent, si cū  
tormentis irrupissent, nemo obsistere, nemo  
conferre pedem, caput' ve proferre domo au-  
sus fuisset: nullo futuris vsui è summo ædium  
destinatis in illorum laborioséq; congestis à  
plebe saxis aduersus ferignum tantā vim tā-  
q; armatam temeritatem (ad quinque enim  
millia electæ iuuentutis fuisse creduntur) eru-  
pturis præsertim mox non cōtemnendis præ-  
sidijs, quæ vicatim, sparsim q; in priuatorum  
domibus suæ fidei collocata habebant: quæ

M tan-

HVGONEORVM TOLOSAN.

X<sup>o</sup>  
Cap.  
29.

tantum nostris fecere negotium, ut non nisi  
iniecto ædib<sup>o</sup> igne deturbari potuerint, mul-  
tis obstinatissimè dditionem abnuentibus  
in eo cōsumptis, alijs semiustis ad vltimū fese  
præcipitantibus à milite confosisis. Interea dū  
ad recipiendum Capitolium, profligandum-  
q; hostem ampliores coguntur, expectantur-  
q; copiæ, adfuere auxilio vrbi Gasto Fuxius  
Carmeniacus Comes, Caunius, Lamefanus,  
Bazordanus, & Trebontius duces, Clarmon-  
tius, Dandofielus, Verdala, Gardochius, Ri-  
caldus, Blaniacus, tres Sauiniaci fratres, & alia  
nobilitas, malè tū & ipsi armati, ac nullo pro-  
pè externo subnixi milite. Quibus accersitis  
Senatus animos adjiciens commendat salutē  
vrbis pro sua illorum in Regem & patriam fi-  
de, summa rei Carmenaco demandata: quod  
molestè tulit Vabresius Senescall<sup>o</sup> paulo post  
cōparens cum Vicecomite Montclaro, Mót  
betone, & Bastida, se caput & Præsidem esse  
prouinciæ contendens. Patres, quod pro præ  
senti rerum necessitate fecerint, ex eo illū ni-  
hil dignitati suæ detractum debere putare,

hor-

hortates, strenue belli munia cum alijs obeat,  
& Senescalliam palatio Curiæq; cōiunctam  
benè obfirmsit, ne quid illinc periculi crea-  
ri possit. Satis intellexit Vabresius suspe-  
ctam Senatui esse suam fidē, ac magis ex eo,  
vt questus est, quod quasdam Senescallieq; por-  
tas aditum in palatium præbentes obstructas  
vidit, ac noua foramina aptādis versus se tor-  
mentis, quæ haud iussu suo facta dissimulaue  
re Patres, vt exulceratum hominis animum  
ad officium reuocarent. Qui tandem Senes-  
callia cum toto qualecunq; habebat præsidio  
decedens, illam quibusuis patentem reliquit,  
cui mox Senator Alzonius iustum imposuit  
custodiam. Senescallum manifestæ reum de-  
fectionis Granatenses alijs criminibus pres-  
fere. Ricaldus præficitur vrbis portæ palati-  
næ cum P. Gargasio bono & diligentí ciue,  
aliij alijs. Deauratae & finitimis in Capitolium  
tendentibus Clarmontius, Trebontius, Gar-  
dochius, Sauiniaci duo: Bazaclo Blaniacus:  
Montmaurius, Bazordanus, ac reliqui vnde-  
cunq; hostis mouerit, aliij ad alios transeūtes,

HVGANEORVM TOLOSAN.

coniungentesq; quò trahebat, retrahebát ve  
pugna. Supernenit postea Bellogarda nuper  
cū magna laude vita functi Marescalli Ther-  
mesij Legatus. Aduolauit quoque Narbona  
Forquaullius Regis ibi præfectus, prudētia  
& consilijs belli negotia promouentes. Adue-  
nere certatim alia super alia auxilia, totam re-  
plentes vrbem, qua nisi incolumi vicinæ se sta-  
re non posse sentiebant.

*Le qui  
fin ep  
an dñi ap  
25 . de  
la tradutio*  
Ex ciuibus egregiam  
nauauit operam P. Pechius vir Consularis, ca-  
tholicus, totus Reipublicæ natus. Hic hone-  
stis diuitijs & mercatura clarus cum fratre vt  
audio, à musis non alieno, sed magis animo  
præstans, & in hæreticos ardens, ab ijs se peti  
ad caput vsque non ignorans, prospiciensque  
futura, gliscente Huganeonica factione, ante  
tres plusve menses probè domi se armauerat  
conductos multos robustos ad se tegendum  
alens. Ei pridiè inuasionis Capitolini deman-  
dauerant custodiam portæ Arnalbernardi, v-  
bi cùm permanisset ad vesperum, non ad le-  
uandum tedium, sed quod inimici parabant,  
timens, suorum aliorumq; cognitæ fidei, re-  
licta

licita statione , domum ad cœnam reuerititur.  
Illi ad viginti quinque à clausa deficiente lu-  
ce benéq; obfirmata vrbis porta, cum Gane-  
lonis Capitolini famulo sese recipientes cla-  
ues reddunt Ganeloni eas & Pechium oppe-  
rienti pro foribus domus suæ. Qui non appa-  
rente Pechio ex candescens, An putassem, in-  
quit, vnquam eum vsq; eo oblitum sui, vt ta-  
lem operam seruulis delegaret? dicite illi me  
cras secum aeturum. Respondent dominum  
suum quia non satis benè haberet, se retulisse  
domum ; boni consuleret , rectè omnia esse.  
Dum viam prosequuntur ad Portarietem, en-  
subito è regione Maguelonæ à fronte à tergo  
in eos irruunt Petragorij Ganelonis vicini &  
alij hinc illinc scholaſtici armati ſupra centū.  
feriunt, exuuntq; armis , ac duos vulnerant è  
Pechij ſtipatoribus. O mortem Dei, aiunt, ſi  
dominum veſtrum teneremus infeſtiffimum  
nobis Papistam! Hic igitur preficitur ſuo Col-  
lybo diſertè Ducis militaris titulo ei à Curia  
dato. Ergo ad inhibendum hostis quaqua ver-  
ſus iam graſſantis impetu , maximè verò per

M iij eum

# HVGONEORVM TOLOSAN.

eum vicum petentis rectâ palatium, ipse & Iacobus Sufius nobilis item ciuis non longè ab suis ædibus sua castra locant, oppositis vice propugnaculi amplis dolis graui refertis humo, interpositis tribus non leuibus tormentis ad Romani fanum spectantibus. Fossula quoque scindunt vicum, exq; extracto inde aggere vallum formant. Initium pugnæ fuit

A<sup>o</sup>  
Cap.

30.

postridiè ad plateam Roasiam, sub decimam noctis, quò progressus per Grazalios à Capitolio Salxius cum Ioanne Roberto mercatore & valida Huganeonum manu ad Carmelitas inuadendos, diues mendicantium sodalitium, hinc in palatium animo defixo, propellitur à Mōtmaurio, Roberto cæso. Ac ne eodem rursus pateret via hosti, putei clausi vici os obstruunt vastis congestis lanę fascibus ad Iacobi Bordesij ædes, quibus & impositum præsidium ferentiorum, ab hoste tentatas, multis colubrinarum & tormentorum ictibus à Panthaleonis fano. Irrumpunt iterum pars in Collybum, pars per pomeam ad diui Georgij, ybi vinarium forū, in Stephani ma-

xime

ximè primariū enitentes, Sauxentio duce. De tractis è priori tintinnabulis, expilato, fœdato quicquid circum vini est, rapiunt in Capitulum. In magnū dum magna vi feruntur post meridiem Cardaliaco (id vastè campanæ nomen est) velut classico catholicos exciēte, Camaniacus Comes, Montmaurius, Audofelus, Sauiniacus Pauesius, Gardochius, Ricaldus, Verniola semiermes, coactis quęcunque aderant in palatio yrbis viribus, hosti occurserunt, repulsantq; primū ad S. Bueti Senatus fores. vbi Sauiniacus, & Ricaldus pugnantes, ferignibus è fenestris Huganeonum iacti cū vno ex Montmaurij militibus cadūt. Duo, atq; ipse, & Comes, ac Verniola cum Gardochio saucij per agmen relati propè fregere nostrorū animos: quibus receptis, auctisq; hæreticū longius retrò submouere, ad Cosmæ Cadiaci portuum præfecti usq; domum, & dirimentem prælium noctem. Ab huius edibus minimè vacuis, viri nobili animo ac liberali, quiq; sacrarum præsidia auro quoque iuuaseret, biduū ferè oppugnatus propulsatusq; ho-

M iiii stis

H V G O N E O R V M T O L O S A N.

stis ardens in illum odio, non quieuit donec eum deturbaret. Igitur cum paruæ non sufficiant, grauibus machinis Capitolio eductis admotis q; ad portam domus, ipse per vicinorum ædes difficile se subripiens mortem euasit. Vxor cum liberis & lachrymis data prius illi à Salxio fide, Daffis Præsidis domum se contulit. qui & ipse parum apud se tutus, nihilq; armatus, cum familia in Tornoereos vxoris fratres refugerat, palatum versus. quorum Archidiaconus primæ inquisitionum in Curia classis Præses hæreticis infestus, per se ditionem abfuit urbe profugus, mortis metu. †

Ao.  
Cap.  
31.

Reuersus in Capitolium Salxius obiurgatur à Barello, quod pecunia corruptus Præfectum dimisisset, addente directis ad Cedru & Mandinellum verbis, illum nusquam non proditorum & improbum esse. Venit in perfidiæ suspicionem suis ex eo, quod mulier quædā quæ olim P. Salustij Senatoris puerum lactauerat, nunc Ville nouæ vicum cum marito habitas, Salxiū adiit in Capitolium, ei ad portam salutem adferens honestissimæ matronæ verbis

ma-

matris P. Gargasij item Senatoris Catholici  
 Thomæ Foresij generi Salustij socrus, tū pro  
 pter seditionem apud hunc agentis haud pa-  
 latio procul: Dolere mittenti se ad ipsum eo  
 loci illum esse, quod infœlix ei futurum sit.  
 Coniectarunt hinc sui, eumq; criminabātur,  
 aliquid illi esse tacitæ nummariæ cum Patri-  
 bus fidei de reddendo Capitolio, exitio nouę  
 religionis, & frangenda ipsis omnibus gula.  
 Eadem auaritia corruptum renuntiasse auxi-  
 lia Montalbano missa, & alia iactata in eum.  
 Quæ vero similia ratus Barell°, Stephani Fer-  
 rerij & cuiusdam Malepartiti consilio, aduer-  
 sus nostros in pomea præliantem per Fossatū  
 euocat, per speciem deliberādi cū illo de re  
 cui ipsum in primis cōueniat authorem esse.  
 Ut venit, appræhensum manu sua Minister  
 de consilij sententia Cedro tradit mittendum  
 in vincula, includendumq; Inferneto (sic te-  
 trius ergastulum appellant) Quod exequi nō  
 statim auso Cedro, ne fortè in se circumstanti  
 carcerem militi stomachum mouerent ob in-  
 dignè & tumultuosè tractatum ducem suū:

N ad

HVG ONEORVM TOLOSAN.

ad eos accedens Barellus causas decreti in il-  
lum & agitata ab eo prodigionis consilia in i-  
psorum etiam & totius religionis caput ostē-  
dit, rem omnium agi, cauendum q; , ne ducis  
perfidia cuncti ad internacionem trahantur:  
proinde boni consulant, & illum è vinculis di-  
cere causam suam patiātur, quam dat cogno-  
scendam Cedro & Mandinello Consulibus.  
simul & aduerfus P. Polostronum, vt sceleris  
socium conscient' ve, cui Salxius portę mini-  
stri custodiam mandauerat, quem & in vincu-  
la coniecere: Sic iniquè vexatus à suis Salxius  
iam tum nonnihil pœnarum diuinæ & huma-  
næ maiestatis lęsæ pendebat, quas integrè po-  
*notata* stea (quod pertinet ad homines) capite persol-  
*dignus* uit, Gargasiæ diuinationem implens. At an eo  
*excusatum* tēpore magis ipsi beati Capitolini, alij in suo  
captiui Capitolio, in consistorio cui præside-  
bant, tanquam in ergastulo alieno arbitrio e-  
dentes, è dominis serui facti excucullati apo-  
statæq; monachi, helluonum, & fecis ciuita-  
tis: his dicto audientes ad nutum & imperata  
facientes: frementes inter se tanquam inclusæ  
feræ,

feræ, alter in alterum, agitati fuijs, exprobrates in uicem nefaria sua consilia in suam urbē, ita ut ne pugnis quidem parcerent, suam vicem querentes, plorantes ut fœminæ, ut deplorati ac perditæ, non impetrantes ab introducto à se in domum suā hoste, huic magna etiam pecunia oblata, exitum ad se seruādos: alij (ut nunc septem) profugi, eos quaqua ver sum persequente & torquēte conscientia proditæ suæ reipublicæ, & obuersantium perpetuò sibi ante oculos quas non effugient, pœnarum metu: diuulsi à iucundissima vxorum & liberorum suorum miserorū teterima patrum culpa societate: quorum ne yllam quidem rationē cæci habuere potuerūt in tā scelerata suscipiēda audacia. ô talpæ, ô tigrides, ô

*Nescia mens hominum fati, sortisq; futura,  
Et seruare modum rebus sublata secundis.*

Erupit eodem die magnis viribus hostis in trapezitas, ad D. Romani vsq; progressus, tuente cum Pechio eam partē pro virili Ioāne Bole honestissimo ciue cum ferētario multo milite tum suo, tum illuc per eō spectantes

N ij vicu-

HVGONEORVM TOLOSAN.

viculos affluente inclusō per tabernas , inde  
densissimē mittente in hostem, tormentis etiā  
concuſſum eductis ē propugnaculo. Pugna-  
tum est acriter dum non defuit lux, multi &  
in his tres signiferi Huganeonum cæſi, deside-  
rati ex nostris egregij quatuor ē Pechij condu-  
ctitijs. Mouit alia hæreticorū manus in Deau-  
ratam ad Bernoyni domum, vnde pulsi ab ce-  
leriter accurrentibus Trebontio, Clarmontio  
**Carauella & Sauiniacis** duobus superstitibus  
fratribus, quorum Coctius hīc pugnans in fra-  
tris ad Georgij forum cæſi fata cōcessit cum  
non pauca alia nobilitate & præstantibus ani-  
mo viris . Poſtridiē diluculo repetit Collybū  
pridiē victus hostis rapidiori impetu à Porta-  
riete, proceditq; iterum ad Romani fanum,  
tendens in Pechij castra, tum occupati in ex-  
pugnandis tribus vicinis hæreticorum domi-  
bus negotium illi facientibus. Venit illi auxi-  
lio Baynaguetus Doctor armatus , & manu  
promptus cum ferentarijs ſexdecim, paruoq;  
momento , quanquam fesso Pechij & Bolis  
milite repulere hostem ad Martialis vſq; po-  
ſticum.

A°  
Cap.  
32.

sticum. <sup>A</sup>Dum se vtrinq; reficiūt, Salxius vnū  
ex gregarijs suis nulla arma ac sudariolū tan-  
tū manu gestantem ad Pechium legat, hor-  
tans si suæ suorumq; saluti consultum esse ve-  
lit, ab armis discedat, castraq; relinquat, no-  
uæ religionis viribus longissimè impar, qua-  
rum nihil penè adhuc senserit, si omnes in eū  
& catholicos expediantur, si parata emitant  
fulmina, si quas habent in sua potestate, bom-  
bardæ tonent, magno ipsum & illos suo & ci-  
uitatis malo atq; exitio experturos. Ad hæc  
Pechius præfatus militē pro exploratore po-  
tiùs quam internuntio habendum, nec ei par-  
endum summo belli iure, acturū se cum vi-  
cinis respondet, & intra vnam atq; alterā ho-  
ram renuntiaturum quod placuerit, refertq;  
è vestigio ad Senatū. Tum Mansencallus Præ-  
ses, Quid tu inquit, Pechi, primus censes? is  
mortem se obitum priùs, petens auxilia à  
Patribus contra tam armatum furorem, quā-  
do præsertim nihil hostis præter palatiū co-  
gitet, & recentem suis addi militē. Iubet pro-  
tinus Senatus mitti. Missos, sex Boli distribuit

H V G O N E O R V M T O L O S A N .

cognitæ hosti virtutis, reliquos senos stare iubet in duobus viculis ad Romanū vno à Regum, altero à puteo clauso deflectētibus. Rediens ab hoste internuntius responsum à Pechio suis refert, tam sibi quām consilio urbis visum non tanti à se habendam suam vnius suorumq; salutem, ut cæteros ac religionem periclitari sinat: excusent itaque qua Deo & Regi patriæq; obstrictus est fidem: Salxium & socios duces, si eandem quam ipse personā suscepissent, nō secus atque ipse acturos, qui vtinam nunquam diuersam induissent: nō decessurum se de sua in Deum, Regem, urbem Tolosam fide. Obtestatus nuntius mittētium se verbis, ne obstinatè Pechius in seipſū agat, sui illum suorumq; misericordia capiat, cædatq; potentiae nouae religionis: cui vehementer id dolere, quæ ipsum saluum cupiat, qui vnum cum paucis obsistit illorum conatibus & euangelio C H R I S T I . Expectet igitur pro certo eos ante noctem libaturos vinū Pichiū, cœnamq; paratam habeat. Pechius iocum inter arma in hostis contemptum retorquens,

Dic,

## PROFLIGATIO.

Dic, inquit, Salxio, omnia fore ut iubet: interea anteuersuros ardenti ipsius siti Trapezitas egregio vino cum tragematibus: se suo nō magis quām ille suo officio haud defuturum.

Dimisso, <sup>A.</sup> alios duodecim ferentarios ad Romanī locat, <sup>Capi.</sup> quō denuo furens hostis crūpens præsenti animo à nostris excipitur, & ex suis primo tormentorum fulmine antesignanus & quinque cecidere, secundo vnus: illæsi nostri fortiter ad primam à meridie pugnantes, paululū quiescere nouos Christianos cogunt.

Catholicorum prælantium maxima pars, ciuium præsertim, nuda & patentia capita, corpūq; in aciem præferebant, pauci galea cassidē ve recti, pauciores loricis, tota armorū vis penes hæreticos erat, quam ferè è Capitolio detraxerāt, potissimum ferignum. quam ob re obnoxij iniuriæ nostri, suscipiendisq; quo rumuis telorum maximè collimatis ab alto i-  
tibus, vulnerib<sup>o</sup>, ac morte, nec citius, nec frequentius militi obeunda quām à ferentarijs, quibus tantum hoc bello locūs fuit, nec enim alijs pugnatum armis. Excogitarunt igitur, li-

N iiii cet

## HVGONEORVM TOLOSAN.

cet tardius, renouarunt' ve optimam sese ab his tegendi, feriendiq; hostis rationem, lignea eaq; crassiora foraminata propugnacula (pallia vocitarunt) rotis per urbem trahentes, quod volebant, cubitorum longitudine quatuordecim, latitudine quinque. Ex his ad palatiū fabricatis, ad Pechium vnum mittunt redintegranti pomeridianam pugnam. Cum eo progredi in Capitolium paulò ultra Romanum auso, Huganeo colubrinis Bolei domum im petit, terruitq; Pechij militē, ut reuocaret gradum deserto pallio : pugnantes æquo Marte lux defecit. Diremit quoq; eo die nox præliū ad Pomeam ubi laborabat Montmaurij miles, nobili Mota & alijs quinque saucijs, hoste ad Panthaleonem repulso. Iam propè somnum capiebamus, dum ad palatiū nouo terrore ad arma conclamauim est: quibusdā falso nuntiantibus exploratam à se appellentem Garunna Huganeorum manum, introducendam per molestinā in huic impendentem Tha nusij turrim per opportunam etiā palatio proximo oppugnādo. sic enim constituisse factio

nem

A.  
cap.  
35.

nē ferebatur, & parata eō à Perioto nouæ religionis ardeline illam conducto inhabitante multa fuerant reperta, globulorum tormentariorum copia, aliāq; belli instrumenta: tum ingens literarum & commentariorum cumulus perniciosa eiusdem religionis pleraq; consilia detegentium, ex quibusq; etiā magnico argui possint, alioqui haud dubia & antiqua hæresis fama. Data à nouis Capitolinis turris custodiā Pelato, Tolosanam olim Academiā regentis filio manu prompto. Nusquam res infœlicius actæ quam à Capitolio occidētem versus. Ceperant iam hæretici, expilarant, fœdarant octo templo, ornatisimum Taurum, Orientij (in hoc etiam pessundato super cœlesti Eucharistiae sacramento) Mercenariorū, Saturninarum, Augustinianarum, Quintini, & quæ iam memoraui Georgij, & Panthaleonis. <sup>at</sup> nihil grauius omnibus doluit, nihil magis demisit ciuium animos, quam Franciscanorum & Dominicanorum inuasa cœnobia duo ciuitatis amplissima decora & animæ delitiæ ad Academiam posita, quibus æqualia

O. Fran-

Cap.

36.

HVGANEORVM TOLOSAN.

Francia non habeat, nec augustiora reliquūs  
fortasse orbis. Hæc & Bechinorum interme-  
dium, cùm nulla insiderent præsidia, solique  
ea inermes monachi tueretur, dum ab eis im-  
plorati quidam externi duces, & nōnulli pri-  
mores Patrum illi cunctanter se ad auxilium  
parant, hi negligentius ac velut per contem-  
ptum mittunt, admoto benè obfirmatis val-  
nis igne, ab hoste tenentur, diripiuntur, incé-  
duntur multa ex parte, pulsis captisq; omnib;  
Franciscanis (Dominicani per magnam tem-  
pli portam euaserant multi sine pallio, alijs e-  
tiam excucullati) & indignè tractatis quibus-  
dam. Ignem & fasces præbuere malus utro-  
rumq; ac medij quoq; vicinus Senator cum  
vxore, rem illo sanctissimo, grauissimoq; or-  
dine indignam: quanquam non hic in eo fo-  
lus à vera alienus pietate. Nam & ex aliorum  
Senatori ordinis  
quoque plurimorū eiusdem ordinis ædibus,  
quæ vrbis, catholicorumq; propugnacula es-  
se debebant, nostri in hostem nitentes nō pau-  
ci grauiter iacti, extincti q;. Ut non ab re illorū  
collega catholicus noster Aufonius queren-

te parua principio pugnante manu & deliten-  
tium in priuatis magnatū domibus prēsidio-  
rum subsidia desiderante, sapienter responde-  
rit, multas esse, è quibus magis expediāt non  
mitti, malēq; coire cum ouibus lupos. Ad di-  
mouendum ab incensis Dominicanorū por-  
tis hostem (iam Franciscanos occupauerant)  
Bazordanus, Baynaguetus, Gardochius cum  
aliquot suorum ferentiariorum & maritimo-  
rum collecta turba per Bazacli finitima contē-  
dere, in sequente eos frequēti populo ad duo  
millia. Initā pugna, hæreticis non lōgē à por-  
ta submotis, septem ex illis cæsis, maiore eis  
succedente à Capitolio vi, deserti à territo vul-  
go nostri duces sese ab ea parte recipere co-  
guntur, vertuntq; ad templi portam ab orien-  
te. Perlati in summum sacræ ædis, cernunt in-  
firmarium ad aquilonē ardēns, & Huganeo-  
nem in intima progressum iam omnia vastā  
tem: itaq; retrocedunt nihil omnino seruato  
cœnobio, vno ex suis amissō. Captiui Frācis-  
cani ad sexaginta Barellō apostatae suo, syna-  
gogæ Huganeonicæ principi sistuntur in Ca-

O ij pito-

H V G O N E O R V M T O L O S A N.

pitolio. Iam' ne miseri, inquit, non agnoscitis virtutem Dei, simul & stultitiam vestræ, quæ & me nimis aliquando tenuit, superstitionis? ponite cucullam, & arripite nobiscum arma in defensionem euangelij Christi. Dicto audiere tres, quorum unus Ysarnius Albien. tertio post die ad Catherinæ in via cæsus iacuit. alter adhuc viuit, suis redditus, & pœnitentiā agens. Tertius Gonellus, Barelli apostasiæ socius, qui eum Geneuam sequutus, illinc reuersus fœdus lue venerea, apprehensusq; à Mirapicensi, & Tolosano sodalitio, vnde transfugerat, dimissus iam annum hīc in squalore agebat. Cui Barellus oblato parum se æquum præbuit, ei velut succēsens, quod Geneua relicta, ubi eum lignario fabro intestini operis in disciplinam tradiderat, utile vitæ institutū, & magistrum suum deseruisset. Nouæ Diaconus à prandio de religione ad disputandū acreditur virum bonum, at parū nihil' ve sciētem Franciscanum, qui ignorātiā excusans, En inquit, è meis sodalibus, qui te excipiet. Erat is Francis. Guilletus non infœliciter in sa-

cris

cris versatus literis & Philosophia , nouo oper-  
 tus pallio vt omnes leucophæo, præter quod ni-  
 hil è cellula secū auferre potuerat. Hic cum hæ-  
 retico certamē recepit, haud aliter tamen quam  
 (Ceresij more) latinè dissertatus: Vult Diacon-  
 nus Gallicè , ne astantibus mulierculis ( multæ  
 enim eò maritos , adulteros ve sequutæ erant )  
 barbari videantur . abnuit Guilletus sub pallio  
 æstuans, quod deponere apud latrones non au-  
 debat: Video, ait Diaconus, ex sudore, te aut vi-  
 ribus imparem detrectare pugnam, aut tibi one-  
 ri esse pallium: simul rapit , nunquam reddidit.  
 Mandinellus omnes ea nocte Barelli iussu in er-  
 gastulum intrusit, vbi rei torqueri solent, quod  
 vix triginta capiebat. Mortem, quid' ve acerbius  
 expectabant: postridiè illæsi dimittuntur per por-  
 tam nouam, data etiā illis à Salxio ad nouæ re-  
 ligionis ecclesias è scripto fide tuti ac liberi com-  
 meatus, interminata si vnquam Tolosam repe-  
 tant, capit is poena. Saturnini toto orbe celeber-  
 rimum, Caroli Magni opus , cui maximè inhi-  
 biant propter hærentem magnam cælati auri &  
 argenti vim sacris Apostolorum aliorūmq; Di-

cap. 38.

 unacunq;  
 narratuid  
 deq;ificio-  
 templi.

O iii uo-

## HVGONEORVM TOLOSAN.

uorum reliquijs ibi antiquissimè cultis , frustrà tentatum, tum ex angulari altissima quadrataq; diu in id ab ipsis obseruata Petragoriorum turri, è priuatis vicinis hæreticorū domibus, è via, non sufficientibus tormentis : tum è Capitolio, vnde cùm grauiora non longius efferre, & templo admouere possent , iumenta ad trahendum non habentes, ad quatiendam fortissimā & pulcherrimam campanarij molem, vt sub hac reliquum rueret, ex illis vnum atque alterum aptatis machinis ab eo, vt testimonia ferunt, quē supra nominaui, Medico sumptis, in editissima Capitolijs sustulerunt, qua non nihil labefacta, è captis à se catholicis ciuibus Landela ( qui nec ipse Montesquium ad Consulatum vocauerat ) Gau berto viris Consularibus, & Roassio Canonico dictæ sacræ ædis , hunc ad sodales suos propria manu è Capitolio scribere , ac literas subsignare cogunt, ab imminentibus ferro & igne caueant, cædantq; potentiae hostis nulli ipsorum parcitu ri, nisi mos ei dedant sese. Eas Brossa Hugoneus Medicus Roassij fratri dat reddendas sodalitio, quod intus Deo supplicationes agens parū per mo-

inouere, seruatumq; à numine suo templum,  
hominesq;. Idibus recruduit vnde pugna  
ad deficientem ab oriente solem: quo die per  
uicaciæ suæ pœnas soluit Georgius cultella-  
rius, qui in eo vico angularem suam nouā do-  
munculam fortissimum nouæ religionis præ-  
sidium constituerat: vnde eum cùm nec pur-  
puratæ iustitiæ maiestas (eò Barrauius catho-  
lic⁹ Senator à Curia missus cum Bazordano)  
nec minæ, nec blanditiæ, amicorum' ve & vi-  
cinorum preces extrudere potuissent, incen-  
sa in ea multi arsere viui, ipse ex alto tandem de-  
cidens, militum & vulgi telis exceptus periit,  
& ex nostris in eo expugnando quatuor ma-  
nu & animo præstantes. Sed & impatiëtes no-  
stri tantæ in recipiendo Capitolio moræ, per-  
tinaciæq; hostis, quò in id propriùs eniti pos-  
sent, plurimas circuieetas domos in flamas  
dedere, è quibus, maximè, feriebantur. Tenta-  
bant assiduè hæretici omnibus viribus Satur-  
nini sacram. eò accersitus, rogatusq; à Mauri-  
no Bazordanus cum milite suo, & Baynague-  
tus obliquo per pomœrium itinere aduolat.

O iiiij      Dum

HVG ONEORVM TOLOSA.

Dum ibi adsunt, obsidentur subito à circun-  
fusa Huganeonum turba ab Arnalbernardo  
erumpente, eos persequuta in Petragorios, &  
Bruni Salæ domum, vnde pluentibus lapidi-  
bus, & tormentoru fulmine nostri à sexta pu-  
gnæ hora, Salæ & contiguis ædibus incensis  
se se recepere, multis vtrinq; cæsis.

<sup>Ao.</sup>  
<sup>Cap.</sup>  
<sup>39.</sup>  
<sup>ce magi-  
nen quin-  
partie de  
celuy de  
la traductio</sup>  
<sup>Ao. Cap.  
40.</sup>  
Nullæ pri-  
uatæ magis suspectæ populo in vrbe erant,  
quam Vicarij Portalis ad palatiū, in summo  
disposita multa dolia lignis referta erectaq;,  
in portam clausam ostentantes: vbi cum vxo  
re delituit, donec armis vndique obseSSI cap-  
tiq; vix salui propter iustitiæ maiestatē à po-  
puli furore, trahitur in basilicam, prælata an-  
te eos multa carne apud illū reperta, qua per  
eos dies vesci non licebat. Venit eodē die cir-  
cū meridiē sublidio vibi Corueus dux cū  
valida manu: cui Pechius obuiam it ad Insu-  
læ portam. Huius protinus dispositus miles,  
pars ad Petram, alijs apud Augustinianos, alijs  
alijs adiuncti præsidijs. Contraxerat quātūm  
maturare potuit, ingentem peditum cateruā  
nobilissimus Hector Episcopus Coseranus,  
quos

quos ipse met duxit ad quatuor propè millia-  
 ria ab vrbe iam ampliorum virium non ægé-  
 te. Actæ ei per legatos à Senatu & Capitoli-  
 nis pro suo merito gratiæ, pedemque retulit  
 Præsul magna laude dignus, quod nihil ad  
 hunc diem prætermisit, quod ad custodiā sui  
 gregis, & boni pastoris officiū pertineret, fre-  
 merent licet hæretici inuidiam ei vnde cunq;  
 conflantes. Adfuit & tandem nuper vita fun-  
 &ti Marescalli Thermesij, & Montluci claris-  
 simorum bello ducū satis multus equitatus:  
 qui aduentantibus hosti à Montealbano, &  
 Verfolio auxilijs, Arpaione religionis prote-  
 store, & Lanta Capitolino ducibus, occurrēs,  
 hunc fugat, dissipatq;: ille Rapistani substituit.  
 Nihil validius fregit externas quas expe-  
 bat infidele Capitolium vires, quām cōtinuū  
 per agros campanarum signū, ac se se vicatim  
 cogens catholicæ plebis multitudo tempus &  
 spatiū hæreticis adimens seipso vicissim col-  
 ligendi: quod in illud ut à suis nuntiatum est  
 hoc die manè sub octauā, conturbati omnes  
 ô diræ campanæ! ô nostrum campanæ exitiū!

Cap. 41. HV GONE ORVM TOLOSAN.

Pridiè Pentecostes, è quatuor peditum signis  
quæ illis subsidio à Castrensis finitimi ve  
mittebantur, Sancto Laurentiano, I. à Combis,  
Vaurenibus ciuibus, Cyriaco Gasqueto, Ma  
na Mazametensi, Saluio Ebrallio Garda, &

I. Coderco Verfoliensi ducibus, pars Vauri re  
licta, pars Tolosam veniens ductore Garda,  
dissipatur à Montluco ad Plana, multis truci  
datis à vulgo. Ebrallius cum superstite milite  
Vaurū regressus, & furens, restitutos ab Am  
brasio Franciscanos repetit, & effractis valuis  
vesperum Deo canentes proturbat: quatuor  
crueliter perimit, Rinhacum sodalitij Patrē  
doctissimum virum, cum Stephano fratre, Ia  
cobum Imbertum, & quendam puerum tor  
menti ictu. Custodi cæso nasum detruncant,  
linguam sub mentum extrahunt, absindunt  
genitalia, penem dextræ illigant, testibus in os  
coniectis, illi hypocrism hoc est, pietatem ex  
probrantes. Fratris mortuum corpus mucro  
ne perfodiant. Imberto os, & faciem dilaniat  
auribus priùs decisis: reliqui profugi saucij.  
Labentes igitur animis hostes, simul & iam

nō nihil fame, at magis sulphurei pulueris in-  
opia laborantes, xvij.cal.Iunij de pace, dedi-  
tioneque sua seri colloquia à ducibus nostris  
postulant, idem flagitantibus per literas inclu-  
sis quatuor Capitolini. Relatum est in Sena-  
tu à Belogarda, datis interea ad mane diei se-  
quentis inducijs, quāquam non ideo prorsus  
arma intermissa . Nam & eo quoq; pugnatū  
die ad Bernoyni domum, vnde Gardochius  
& nostri vacua per viam dolia prouolentes,  
acreto tuti tormentis ferientes hostem vltra  
Catharinæ propellūt, nostris quibusdam sau-  
cijs, Adsunt postridiè, qui fuit sacer Penteco-  
stes, in Curia, è Carmelitarum æde, antè ibi sa-  
cris operati, interq; consulti cordatisimi no-  
ui Capitolini, cum frequēti nobiliorum ciuiū  
& Consularium comitatu . Petunt à Patribus  
vnaq; sedentibus Regijs Forquaullio, & Be-  
logarda ducibus, orant, obsecrantq;, vt nega-  
ta proditoribus quaq; pacis conditione, occu-  
patum iniquissima vi Capitolium omnino,  
qua' ve id fieri arte possit recipiatur, redeat-  
q; in Regis & Tolosani populi potestatem.

P ij Iam

HVG ONEORVM TOLOSAN.

Iam non deesse vrbi vires, teneri vndique ho  
stem: ne elabatur tam præsens victoria de ma  
nibus. Annuere Patres, latoſq; dimittunt Re  
nuntiata hofsi Senatus, ducum, ciuiumq; co  
fessione, prorogatisq; illi nihil minus à du  
cibus in vesperum inducijs, quām citissimè fu  
ga omnes sibi quaqua versus potuerunt, salu  
tem quēsiere, cūm multi iam ante euasissent,  
in quorum maximè gratiā petitæ clam ex cō  
posito induciæ à quibusdam optimatibus, ad  
quos res sua, suorum, ve causa propius perti  
nebat. Perspecta fraus, signumq; frequentissi  
mæ illorum per portam nouam fugæ à Car  
daliaco datum auxit in eos tum militis auari  
tiam, tum populi furorem, intra extrāq; urbē.  
Multi in fugæ ab insequenti eos non longè e  
quitatu cēsi, plurimi à plebe per vicos, per op  
pida: infiniti capti, ad iudicesq; perducti à fre  
mente in eos populo, difficile ab illis manus  
tēperante, siue viris, siue mulieribus, his mox  
ferè à Senatu dimissis, ampliatis' ve, nimium  
occupatis circa maritos iudicibus. Multi quos  
æquus amauit Iuppiter, hoc est, optim⁹ & mi  
feri-

1562.  
mejeray  
fol. 16  
1627.

A.  
cap.  
43.

sericors Deus, ad pœnitentiā seruati, si quādo resipiscant à diabolī laqueis, à quo captiuiententur, ad' ve cæteram nostram quam etiā vieti nobis minitantur (dissipati sunt, nec cōpuncti) quam idem maximus auertat Deus, afflictionem, quæ nos certò manet, sēmperq; hora præterita deterior subibit, nisi tollantur adhuc hærentes in visceribus Reipublicæ reliquæ coniurationis. Desiderati à sacra pugna intra urbem ex nostris ad summam circiter centum, Huganeones supra ducentos. Arsere totidem domus, & amplius, tum catholici corum tum hæreticorum. Horum, ad trecenas direptæ. Infinita librorum copia, reprobo rū ferè, sed & permulti boni, atque utiles flammis traditi, conculcativē, quorum ægebimus. Templorum expilatio, labefactatio, incēdia, aureorū plus viginti millibus æstimata. Quāti publici sumptus? Priuatorum damnorum quæ iusta iniri potest ratio? Siluit in hunc dié forum, clausa Academia, cessauit mercatura, abierte retro omnes bonæ artes, cuncti denique incisi Reipublicæ nerui. Vnum nobis re-

HVG ONE ORVM TOLOSAN.

stat seruatum à Deo bonum, antiqua religio.  
Franciscani, Dominicani, Bechini & cæteri  
restituti. Augustinianarū diu ab hæreticis cor-  
ruptarum, præter vnam Capellarum fororē,  
omnia nunc ad Iesuitas publica authoritate  
transferunt, ab Apamiensibus reiectos. Mini-  
sterij nouæ religionis sphæristerium, magna  
constans pecunia, à Montluco ferro & igne

*ce qui  
reste de  
l'autre jan  
de ce dia  
non pas  
de la  
Tradition*  
æquatum solo, nihilq; ex eo tanquam de ana  
themate, in ullos referuaturum vsus. Eodem  
quo victi nostri auolarūt die Pentecosti sacro,  
qui Vauri stabat, primarium urbis templum,  
& Antistitis ædes obsident, diu noctūq; qua-  
tiunt, & scalis tandem in summum euadētes  
capiunt, diripiuntq;, conculcato viuifco sa-  
cramento, trāditis flammæ Episcopi P. Dane  
sij viri græcè & latinè docti melioribus libris,  
per priuatorum domos nō remissius grassan-  
tes. Hinc in sancti Sulpitij vicinum oppidum  
irruentes, templum & basilicam incensis por-  
tis occupant, ac sacerdotes duos cum tonsore  
ferignibus extinctos ex alto campanario sus-  
pendunt. Supturus Senatus de coniuratis sup-  
pli-

plicum, quos palatinus alij ve carceres nō ca  
 piebant, haud suffecturis tantæ suscipienda  
 animaduersioni statis Regis urbisque iudici-  
 bus, Præfectum extra ordinem creat Ioannē  
 Amadonem Consiliarium Præsidialem Tolo  
 sanum, huic seditionis forum fæcē, caputq; per  
 mittens, alijs alios, ipse editurus de grauiori-  
 bus exempla. Luerunt capite in vinario foro,  
 Vicarius Portalis, lancea postea superfixo pa-  
 latinæ ciuitatis portæ, quam castri Narbonē-  
 sis appellant, cuius custodis ex officij dignita  
 te viuens titulum gerebat, Mandinellus Capi  
 tolinus equulo cum Consularibus insignijs ē  
 Palatino in Capitoliū, hinc exauthoratus ve-  
 hiculo ad supplicium ductus consolatores ha-  
 buit Dominicanum & Pelatarium Iesuitam:  
 Salxius item, quatuor mēbris viuo priùs dis-  
 iectis: Teronda, Iordanij duo Consiliarij Præ  
 fidialis fratres, eius ordinis Iaubertus vir ro-  
 bustus, grauatè moriens ac se torquens, quā  
 quam recreatorem haberet dulcissimum Ce-  
 resium, & Santerra Comes. Ad D. Steph. Bo-  
 niolus, ad Saturnini de Noz, Sala & filius, no

fol. 64. v. 10 ala fin du dernier chapt. P. iiii thus  
 abay. on y trouue partie de ce qui est a la traduction  
 de plus encore au milieu du chap. 45. de ce liure

H V G O N E O R V M T O L O S A N .

thus Colomerius, Tastoius Licen. ab eodē re-  
fектus Ceresio & quo animo mortem obiens.  
Tabardus Doctor, Assessor Bilierus, qui in cō  
cionatores inquisierat, & cædis Motæ dam-  
natorum toti præfuerat quæstionis: inter quē  
iudicandum magis comperta illorum à Sena-  
tu innocentia, cùm supra annum in squalore  
mansissent, omnes sibi redduntur. Exusta eo-  
dē loco obstinatissima & turpissima mulier,  
quæ Tauri sanctum regenerationis lauacrum  
suis excremētis polluerat. Alia ad D. Michae-  
lis suspensa prodigiosi in catholicos odij, ar-  
maq; gerens, vulgo Broqueria dicta. G. Fa-  
ber forensium actionum amanuensis è pala-  
tij arbore pependit, In furcam quoq; ierunt,  
in Salino Roqua Albien. scholasticus (nō si-  
ne magna hic innocentiae suspitione, tumul-  
tuosè à furente adhuc plebe raptus ad Præfe-  
ctum, cui eximere nec Senatus potuit, eum è  
patibulo per Apparitorem reposcens ad dicē  
dam coram se causam) Bonofosius procura-  
tor, qui hæresim abiurauerat ante seditionē,  
Bodouilæus typographus, & ipse hæresis in-  
uetet.

ueteratæ, Pharao pilearius. Ad Dealbatæ cū Tabardi filio P. Podius bibliopola, vulgo Vaf cosanus, angularis Portarietis officina in Frāciscanos tendēs, aperta, vt totus ferè hic vicus, corrumpendæ catholicæ iuuentuti impijs ser monibus, & damnatissimis libris iam tum pū blicè veneuntibus nullo animaduersore. Luit per eundem Præfectum item furca ad D. Stephani Lhermi<sup>o</sup> hæres Rapistagnus, & alij quā plurimi suppicio affecti illius, tum Senatus, tum aliorum iudicium sententijs, supra ducētos, alij multi variè mulctati, vt exigebat culpa. Terōda spe veniæ, magna vt videbatur religione coram Patribus orthodoxam professus & obtestatus fidem, paulò pōst audita capitiis damnatione, O Dei, inquit, iustitia, quod meam fidem irritam feci, falsam Romanā simulando. Rogatus quem animę resectorē vellet, Spiritum' ne Rotherum, aut Ceresiū, aut Iesuitam, Illos, ait, non noui. Gibbotium paracletum petijt, reiecit oblatū signum crucis, vt ferè alij. Verterat iam terga hæreticus Gibbotius Theologus Sorbonicus superbus, nec

Q ma-

HVG ONE ORVM. TOLOSA N.

magis castus, omnib<sup>o</sup> bonis inuisus, pestis ac  
pernicies huius ciuitatis: qui cùm Lutetię fal-  
sa quædā olim recantasset dogmata, illinc ad  
nos vt bonus propheta missus, insinuauit se  
sub ouis pelle, deinde hypocrisy artibus ali-  
quid nominis adeptus, multas hæresis faces  
accendens, magna iecit fundamenta huius se-  
ditionis: multisq; criminibus infamis, sed ma-  
gnatum quorūdam gratia tectus, viuit adhuc  
profugus, & anathema, à suis Iudicibus dam-  
natus hæresis, adulterij, raptus, & deniq; sedi-  
tionis, depositusq; ab omni ordine, officio &  
beneficio, & permisus profanæ potestati. In-  
uenti in huius domo densissimi funes noda-  
ti, paratiq; hostibus scalarum loco ad scandē-  
dum si necesse habuissent, vrbis murū. quem  
iungens turris eiusdem pars domus labefacta  
tus ab eo quoq; repertus proximè solū ad eos  
dem introducendos. Inuentæ in ædibus Te-  
rōdæ & portæ Montis galhardi claves, & hor-  
rendæ picturæ in sacro sanctum & adorādum  
Eucharistiæ sacramentū cum multis damna-  
tis libris: Apud Comitem priuatum item ho-

minem quinq; aliæ claves portarū vrbis. Boniolus iussus salutare Virginem, non sum, inquit, Angelus Gabriel. De Noz cum eum A. Ioannes pragmaticus, præ se ferens vel vsq; ad superstitionem catholicam pietatem, odio nouæ religionis ardens, morti proximū horaretur, vt eiusdem virginis matris erga Deū filium sese precibus cōmendaret, En, ait magna voce, hypocritam, qui nobiscū armatus stetit. Risit ad hanc mendacem, & malignam moribundi hæretici vocem circumstans populus, intuentes nulli non cognitum Ioannem.

A<sup>r</sup> E profugis, reliqui septem Capitolini Mandinelli socij amplissimi ordinis iudicio imaginarias laquei poenas dedere in vinario, bini & bini, & trini, tribus è quatuor furcis, quibus miseri catholici populares seditionis ad Salvatorem tanto ab eis dum rerum potiebātur impietatis studio, & Præsidialibus dānati penderant. At idolum vt ait Paulus, nihil est, vt & ipsis videtur, nihil nunc foris non molietibus in Tolosam, ubi indigni qui viuant, & qui eos seruauerūt. Simili ignis poena affectus

Q ij

Barelly

Barelluy

Cap.

47.

## HVG ONE ORVM TOLO SAN.

Barellus in Inferno, vbi egerat ministrū verbi pro noua religione. In Senatorem quoq; incendiarium, Iordanem & Lamyram Præsidiales: Fabrum, Capdanum, Carpenterium, Bilionem, Annetū, Rufum Aduocatos: Bartholomæum Præpositum (Rolandus frater à Capitolinis capite damnatus. Senatum appellauit, cuius iudicium cum Sarrapio in custodia expe<sup>c</sup>tat) Podium, Hug. Costam, Mazellum, Vitalem, Procuratores: maiorem Pinū, Sopetem: Caiarcum, Durantum, Montuer-  
tum, Brossum, Medicos desperatam ac deser-  
tam ab ipsis Missam ioculantes (Patritius cæ-  
sus in profluentē à vulgo proiectus) in aliosq;  
plus trecentis delatos reos absentes animad-  
uersum ex iudiciorum & fori vſu. Marnacus,  
& Petrus in palatino iudicium suū morte an-  
teuerterunt. Captus tandem & Borneria, pa-  
latinoq; intrusus mox ampliatus, Crosetus di-  
missus & alijs multi, quos aut nō memini, aut  
nullius nominis. Iam satis iustum videbatur  
48. & sumptum de seditionis & sceleratis suppliciū,  
ultimū multis Tolosam in carnificinam versam cla-  
traduit.

Aº

Cap.

man.

mantibus, cùm instat tamen adhuc per Capitolinius apud Patres populus cum Triumviris, propè Ciceronis in Catilinarios verbissen su've, Hic, h̄c sunt in vestro numero P. C. in hoc sanctissimo grauissimoq; consilio. Roga re, obtestariq; per Deum immortalē, per huius beneficio seruatam vrbem & Religionē, per Christianissimi Regis iussa, eius' ve nomine scriptas ea de re ad ipsos literas, ne in tanto lāsæ diuinæ & humanæ maiestatis criminе quicquam connueant, ne araneosq; Leges fiant, ne in tenuiores vim suam exerentes, in potentes mutæ sint, ne insigniora factionis usque in hunc diem salua teatāq; capita impunè tandem abeant, qui paucorum ex tanta cōiuratorū multitudine plexorum exemplo suo se fato defunctos arbitrātur, quorum illi auspicijs atq; authoritate periere. Auferte P. C. malum de medio vestri, & hic ordo ex antiqua Romanorum, quorum dignitatem amplitudinemq; refertis, lege, vitio careto, qui & in alios & in vos ipsos summam habetis iudicij potestatem. Tres & viginti Curia absti-

Q iij nere

H V G O N E O R V M T O L O S A N.

nere iussi, quos præsertim Senatus aut coniurationis participes comperit, è quorum ve<sup>m</sup>dibus nostri in pugna vexati, quorum voce, opera, armis animosior factus hostis, quorum vxores contra Senatus sanctionem nouæ religionis Ministros, ritusq; sectatæ, ipsi' ve diu suspecti hæresis. Eadem iustitiæ disciplina vñ in suos Præsidiales, eadem Academię Patres: Capitolio hodiè nihil sanctius. Intercesserant decreto de vxoribus, motionisq; ob id ab ordine, non pauci, iniquū esse clamantes, se vrorum si fortè sibi inhibituris parere nollent, leuitate, & culpa plecti. Quasi non mulieris caput vir, vñlā ve quæ catholica in mariti manū venerit, hæretica sit futura viro non authore. Id' ne tandem erit, quod & de suis Romanis professus est Cato? Omnes homines, inquit, vxoribus dominantur, nos omnibus hominibus, nobis autem vxores. Tenuit maximè suā dignitatem Senatus in reijciendo publicè ex tempore veniæ diplomate Regi à seditionis hæreticis surrepto, quod longa, breui elaborata tempore, oratione exarmauit Regius Ad

uocatus Bert. Daqueus. At non quieuere abutentes Regis maiestate ad eam ipsam perpetuò maiestatem oppugnandam, aliudque impetraruere primum confirmans, expostulās que cum Patribus tanquam ab his contempta Regis clementia & voluntate. Sed nō deerunt ut speramus neque ipsi, nec trium huius regionis ordinum habitu Carcassone conuentus conseruandæ suæ & Iustitiæ maiestati apud Christianissimum Regem, Reiq; publicæ bono, labefactari solito talibus obreptitijs & extortis potiùs, quām concessis codicillis. Cauturosq; semper pro summa ipsorū sapientia, ne illis vnquam maior factus Rex Tiberij Cæsar is voce exprobrare possit, O homines ad seruitutem paratos! qui purpurea veste obtestantur se certaturos pro iustitia usque ad mortem. Quid? an non & Sapini vaccinationem timeant?

- Minantes

*Ni reprimat, iugulum totus at ordo dabit.*

Quod Deus Opt. Max. auertat: quod nostri non in totum ordinem, sed certos de ordine inter se constituerāt, & in optimos quos.

Q. iiiij que

HVG ONEORVM TOLOSAN.

que ciues, nihil non crudele, nihil non ab humanitate alienum, nullum deniq; si vicissent, prætermisuros sæuitiæ genus, quod ab hoste barbaro metui posset, in omnes qui religionem non mutassent. Deprehensi fuere nō

longè ab vrbe, inter fugientes nonnulli cum multis fasciculis perbreuum laqueolorum è tenuissima canabi, his confessi sese strangulaturos, si rerum potiti forent, quotquot catholicorum passim eis obuiam facti ab illis non stetissent. Magnam item repertam & in Capitolio, & alibi eodem paratam copiā funiculorum, aliāq; exercendæ crudelitatis instrumenta, quæ taceo, ore iactata vulgi. Cogitauerant consilia, quæ non potuerunt stabili re: pauci nullis datis pœnis euasere, aut fortè nulli, si tamen & infamia apud bonos pœna est. SIC LÆSA DIVINA MAIESTAS, PER HUMANAË QVOQVE OFFENSÆ OCCASIONEM VIN DICATA EST. Moritur hoc anno (qui fuit millesimus quingentesimus sexa-

ge-

gesimus secundus ) illustrissimus Nauarræ  
Rex, Anth. Borbonius, Franciæ Rector. Cu-  
ius frater Ludouicus Condensis Princeps nō  
ita multò pōst cūm Parisijs in Austrios mo-  
uisset, vt se Anglo coniungeret, commissa cū  
Guisio Duce, & Montmorācio Conestablio  
eum magna celeritate prosequutis atroci pu-  
gna, capto Conestablio, & ipse à Guisio capi-  
tur. Quæ Regis, clarissimiq; Ducis victoria  
vniuersam nobis pollicetur Huganeorū Frá-  
ciæ profligationem. Fato etiam concessit Io.  
Mansencallus, annos iam quatuor & viginti  
in Curia principatum tenens. Ante quem sex  
annis obierat Durandus à Serta Præses certi  
& perspicui in catholicā pietatem studij, pro  
qua acerrimè viuēs sæpè in Senatu pugnauit.  
Fiduciarij & fideles Capitolini deuoratis in-  
fidelium scelere plus septem mensium graui-  
bus, assiduisq; laboribus, magnāq; cum lau-  
de hoc vt alijs anteā multis , consulatu gesto,  
illorum remissionem , & nouos Reipublicæ  
Consules petiere . Creati ex proditis per eos,  
tum à consilio vrbis, tum à Senatu (contem-

HVGONE ORVM TOLOSAN.

pto nunc primùm Senescalli & Vicarij officio, quod interponere solebant) ab hocq; obligati sacramento, Io. Maurellus, Io. Genelardus, togati, Iac. Fab. Spunctius, Steph. Mazadus, P. Pechius Mauricius, Consulares, G. Crosius Villanouellus, Io. Gamoyus à Santa fide, & Io. Darboetus, homines vigilantes & spectatæ fidei, nunc ciuitatem administrantes. Moritur deniq;, adhuc viuens, Ramundus Alesius Doctor, in Senatu Aduocatus, catholicus, die vigesimo secundo à deposito qnarto, quintó ve Cōsulatu, vir semper acris & egregij in Rempublicam animi, in cuius religione vtinam perstitissent sui Montalbanij excidio parati.

F I N I S.



# AD CATHOLICVM

## LECTOREM.

**XV** T dulce bellum inexpertis ad gerendum, ita ipse illud scribere sum aggressus bona fide, nulla mecum subducta ratione, quantum hoc operae post se traheret laborem: ad quem suscipiendum me malicii hortabantur, multi reuocabant, à perseguendo multò plures, sic ut susceptum fastidirem: ac præsentim iū, quorum magis in hanc rem indigebam studio, non ita faciles sese mihi præbentes, quos lucri, proprij ve mei commodi causa tam demissè nunquam interpellarem. Paucos semper adhuc (vnde inuidia, quō ve id meo fato, nescio) reperi candidi animi in mea rive. alii (omitto auleatas hereticorum obrectationes) me Clementinas velle texere, alii parturire prodigiosam Corrasij historiam, alii me stultum, qui tot, ac tantas subire voluerim cum meis ciuibus simultates hoc mihi novo genere scribendi, patrum, vt addebat, conuenienti luriis consulti gravitati, quodq; ut aliquid voluptatis habeat, ody tamen haud dubiè nihil minus. Qui postremi, vt è re mea censentes, quocunq; tandem ferrentur spiritu, fortasse mihi erant audiendi. Scio enim quos & quot in me irritauerim crabrones, sentiebam incedere me per ignes, vt ille ait, suppositos cineri doloso, necnon apud Tacitum legeram inaudito datum criminis Crematio Cordo, quod aditus annalibus, laudato q; M. Bruto, C. Caſium Romanorum ultimum dixisset. quod quanquam in Senatu ad Tyberiu grani excusatum oratione, exitiabile sibi fore cernens, cruci ab eo virtute defensione accepta, Senatu egressus vitam abstinentia finiuit Libros per A Ediles cremandos censuere Patres, & manserunt occultati, & adiūti. Quo magis, inquit, socordiam eorum irridere liber, qui præsenti potentia credunt extingui posse etiam sequentis aui memoriam Nam contrà punitis ingenius gliscit authoritas, neque aliud externi Reges, aut qui eadem sanctitia v̄si sunt, nisi dedecus

sibi, atque illis gloriam peperere. Hæc Tacitus. Non possumus, ut ait  
Paulus, aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate: quam me scri-  
psisse puto. quæ si sortè ab alio exploratiū comperta prodibit, ab ea, &  
illo me vinci trophy i loco ponam. Nihil certè odio scripsi, ad gratiam  
re, Deus scit, quæ mea est apud illum fiducia. Tu interea labori nostro  
Reipublicæ debito, ac suscepto fane.



viii. a fol. 57.) du chap. 41. de la traduction  
v. de ce livre  
de route d'herétiques sur le chemin  
de Lauaur. cruauté d'Ebrail

La veille de pentecôte 16. dud. mois de may  
quatre enseignes de gens de pie envoiez  
de Castres & lieux circonvoisins au service  
des huguenots souz la charge des capitaines  
~~S. L. de P. et d'au moins~~, G. de Combey,  
habitans de Lauaur, cirice Basquet, manez  
de masamet, Salvi, ebrail, Lagarde, & G. codere  
de nerfeil parresterent une partie audit  
Lauaur, & l'autre s'acheminant à thie souz  
le drapeau dud. Lagarde feust rencontré en  
rare campagne & dissipé par led. de montbr  
plusieurs failliés en pieces & massacrés par la  
commune. des mains de laquelle led. ebrail  
estant a peine peu evader avec petit nombre  
de soldats au grand danger de sa vie se  
rendit dereschef aud. Lauaur & la emeu  
de froid & mangance ala furieux dans leglise  
des cordeliers reintegrés par le fr. d'ambrois  
heure de nespres pandam l'office

de laquelle mis les portes a bas, entra dedans  
et y occit cruellement quatre religieux des  
plus tardifs a la suite les autres festam sanguinem  
comme ilz pouvoient un peu blesser &  
ulcerer de corps d'arquebusade. Rignart docte  
personage leur pere gardien, auer son frere  
estienne, jacques imbert, & un jeune  
novice lequel feust aussi tue d'une  
arquebusade : dequelle le sang immo<sup>ut</sup>  
niam peu assassiner affouir la soif de  
este sangsue infernale, le corps mort duid.  
gardien eust le nez coupe les genitoires  
taillés & fisés dans la chaste & venerable  
bouche, la verge atachée a sa main dextre  
apelle hypocrite en haine de la piété &  
religion de laquelle il avoit esté orné en  
la vie, le corps estienne pogna de, &  
les oreilles de celuy d'imbort coupées la  
bouche & la face dilaniées cruaute inouye



Barbaria : Fol. 19.

